



Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum


Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.
Xenivm Academicae Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli
oblatum

Tres mundi ætates complectens, ab Orbe Condito Usque ad annum mundi
2940. ante Christum 1113. ad tempora Samuelis, Et Initium Regum
Hebraeorum: usque ad annum 1009. Monarchiæ Assyriorum imperante
Thinæo

Gartner, Michael

Herbipoli, 1695


[urn:nbn:de:hbz:466:1-65091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65091)



Jh. 5007

1
12







Th.
5007

BREVIARIUM
CHRONOLOGICUM
VETERIS TESTAMENTI
RERUM GESTARUM

Ab Orbe condito

Usque ad Christum natum

Synopses complectens.

XENIUM

ACADEMICÆ
SODALITATI

DOMINORUM,

B. M. V. Annuntiatae Her-
bipoli oblatum.



*Collegio
Paderb.*

*Lothi Iru
1699*

Cum Permissu Superiorum.

Herbipoli, Typis Hæred: Zinck, Univ: Typs
Per Martinum Richter 1695.

PARS PRIMA

Tres mundi ætates complectens,
ab Orbe Conditio

Usque ad annum mundi 2940.
ante CHRISTUM 1113.

ad tempora SAMUELIS,
Et Initium

REGUM HEBRÆORUM:
usque ad annum 1039.

MONARCHIÆ ASSYRIORUM
imperante THINÆO,



*Reverendissimo & Gra-
tioso Domino,*

**D. EUCHARIO
ABBATI**

**AD S. STEPHANUM
HERBIPOLI, ET AD S. DIO-
NYSIUM IN BANTH, ORDI-
NIS S. BENEDICTI: UNI-
VERSITATIS PRO-
CELLARIO,**

**Sodalitatis Majoris
Academicae**

PRÆFECTO.

* * *

)(2

Ad.

Admodum Reverendis,
Perillustribus, Prænobilibus, Mag-
nificis, Eximijs, Consultissimis,
Experientissimis, Pruden-
tissimis

MAGISTRATIBUS
Sodalitatis.

* * *

D. Philippo Braun, SS. Theol. & J. U.
Dott. Protonotario Apostolico, Sa-
crorum Canonum Professore Ordina-
rio, Canon. Capit. & Predicatori in
Haupt, Reverendiss. & Celsiss. Prin-
cipis Consiliario in Spiritualibus.

D. Francisco Ignatio Schild, Reve-
rendissimi & Celsissimi Principis Con-
siliario.

DD. ASSISTENTIBUS.

* * *

D. Ambrosio, Abbati Monasterij S. Ja-
cobi Scotor: Ord. S. Benedicti: Univer-
sitaris Herbipolensis Rectori Magnifico.
D. Joanni Henrico ab Ostein, Eccl.
Cath. Herb. & Equest. Comb. Can. Cap.
respectivè Decano & Custodi. D.

D. Joanni Philippo Fuchsâ Dornheim, *Eccl. Cathed. Herb Canon. Cap. Scholastico, Reverendiss. & Celsiss. Principis Consiliario, Camera Prasidi, Novi Monasterij Praposito.*

D. Michæli Wigand, *7. Conf. Reverendiss. & Celsiss. Principis Consil. Intimo, Cancellario, Imper. Camera Assessori designato.*

D. Thomæ Höfflich, *Ss. Theol. Doctori Canon. Cap. in Hangis, Reverendiss. & Celsiss. Principis Consiliario in Spirit. Parocho Summa Edis & Seminarij Nobilium ad S. Kilianum Directori.*

D. Adamo Salentino Bartholomæi, *Ss. Theol. Doctori Reverendiss. & Celsiss. Principis Consil. in Spirit. Novi Monast Canon. Cap. & Custodi.*

D. Blasio Weigandt, *1. P. Doctori, Reverendiss. & Celsiss. Principis Consiliario, nec non Professori Ordinario.*

D. Marco Philippo Haan, *1. Licent. Reverendiss. & Celsiss. Principis Consiliario, Feudorum Praposito.*

D. Hie

- D. Hieronymo Conrado Virdungo ab
 Hardung *Med. Doct. & Prof. Reue-
 rendiff. & Celiff. Principis Archiatr.
 & Civit. Physico.*
- D. Melchiori Weickert, *Canon. Cap. in
 Haugis & Sub-Prapofito.*
- D. Melchiori Gernert, *Canon. Cap. in
 Haugis.*
- D. Joanni Sebastiano Mühlhens, *Nov.
 Monast. Can. Cap. Cantori & Sub-
 Prapofito.*
- D. Tobixæ Andreæ Brentzer, *Nov.
 Monast. Canon. Cap. & Cellario.*
- D. Joachimo Bentz, *l. V. Doctori.*
- D. Georgio Andreæ Schöffner *Jurif-
 dictionalium Secretario.*
- D. Joanni Christiano Lanio, *Senat-
 ori Herbipol. & Prapofitura Summa
 Edis Satrape.*
- D. Joanni Adamo Difchler, *Præfetto
 Oblagiorum Cap. Cathed. & Senatori
 Herbipol.*
- D. Christophoro Hassel, *S. T. Vicario*
- D. Joanni Melchiori Schenckel, *S. T.
 Vicario.*

D. Jo



D. Joanni Simon, *Vicario in Haugis
& Parocho in Versbach.*

D. Joanni Richardo Neuner, *Novi
Monast. Vicario.*

D. Jacobo Raum, *Vicario ad S. Bur-
chardum & Sub-Custodi.*

D: D: CONSULTORIBUS.

* *
*

D. Joanni Francisco Bauman, *Judicij
Civici Assessori*

SECRETARIO.

*Dicant
Dedicant
Consecrant*

Consodales Mariani.



AD DD. SODALES.

B *Reviarium* in Xenium datur, fortè quò brevius, eò charius. Videtur ad usum esse posse viris litteratis. Complectitur multa, sed pauca & ferè nihil explicat: non enim appellari vult fax historiarũ, quasi copiosè intellectum illustret; sed sufficit pro parva scintilla illã servire posse faci accendendæ aptã, undè vir eruditus rerum lectarum memoriam multitudine non rarò sopiri solitam resuscitet. Neque huic opusculo bellum moveat amicus lector, si anno subindè uno vel altero, in tempore designando aberret, imò si etiam à quibusdam historiographis plurium annorum intercapedine recedat; in

in summa enim & implacabili
 Chronologica Scriptorum discor-
 dia inevitabiles errores libello
 huic multum detrudere non pos-
 sunt. Et quidquid contentionis
 hinc oriri potest, in eo ad doctissi-
 mi *Saliani* celeberrimas lucubra-
 tiones, amplissimos annales Eccle-
 siasticos Veteris Testamenti pro-
 vocat, cujus ductu per 40. Sæcula,
 & supra, usque ad Christum *Re-
 gem Sæculorum* in terris natum
 decurrit. Et quia anni unius Xe-
 niolum tot sæcula adæquare non
 potuit, veniam benevoli date, ut
 per interruptas mundi ætates tan-
 tisper in decursu quiescat, & illud,
 quod viæ ac temporum restabit,
 anno futuro conficiat. Vos inter-
 rim DD. Sodales devotos Magnæ
 Dei Matris Clientes ac filios Jesu
 Christi gratia, & Marianus favor
 benignè complectatur. Æ.



ÆTATES MUNDI.

Prima Mundi Ætas ab Adamo ad annum Mundi 1656. quo cœpit diluuium, & interitus gentium.

Secunda Ætas à diluuiio usque ad exitum populi ex Ægypto, scilicet ad an: mun: 2544. qui fuit ante Christum 1509.

Tertia Ætas ab exitu populi ex Ægypto sub legislatore Moyse, & Iudicibus usque ad Reges, ab an: scilicet mundi 2644. usque ad 2940. qui fuit ante Christum 1113.

Quarta Ætas est Regum Hebræorum usque ad finem captivitatis Babilonicæ, & initium Cyri, ac Persicæ Monarchiæ ad an: m: 3517. qui fuit ante Christum 536.

Quinta Ætas est Principum ac Sacerdotum Hebræorum à relaxata captiuitate usque ad imperium Græcorum, quod

quod incepit an: m: 3743. ante Christum 310.

Sexta Ætas, ab imperio Græcorum usque ad *Christi Regis Regum* in terras adventum an. mun. 4052.

Septima incepit à primo Christi adventu, durabitq; usque ad secundum illius adventum ad iudicium, & interitum universi.

Octava non in mundo, sed cælo inchoabitur.

Sic ætates mundi *Salianus* divisit, hoc tamen discrimine, quod ille annos à diluvio usque ad exitum populi in duas ætates divisit; hinc autem ob materiæ paucitatem constringantur in unam; econtra annos post captivitatem Babylonicam usq; ad Christi adventum, ille unâ ætate completur; hinc autem ob materiæ multitudinem illa una ætas in duas separatur; neque hoc à Lectore improbabitur, cum pauci inveniuntur Scriptores, qui in ætatum divisione consentiant.

* * *



DIVISIO MATERIARUM
In Paragraphos.

- Progenitores Christi.*
- Pontifices Hebraei.*
- Indices aut Reges Hebraei.*
- Monarchia & Monarcha.*
- Ortus & occasus Regnorum.*
- Institutio Rituum Sacrorum.*
- Sanctitate aut Prophetia Clari.*
- Nova reperta & Urbium Natales.*
- Scientijs & artibus Celebres.*
- Bella, & Bello Clari.*
- Memorabilia Miscellanea.*
- Eventus tragici & Signa.*



PRI.



PRIMA ÆTAS MUNDI

Ab anno mundi & Adami I. ad an;
1656, qui fuit diluvij annus.



Ria temporum discrimina distinguit *M. Varro Censorinus*, primum ab orbe condito ad diluvium vocat incertum & incognitū.

Secundum, à diluvio usq; ad primam Olympiadem, fabulosum. Tertium à prima Olympiade deinceps certum, quia post Olympiadas modò diligentissimè suis singula annis adnotabantur, quæ antea confusis temporibus descripta erant, vel etiam penitus neglecta, ut memoria rerum gestarum ad posteros non pertingeret. Unde fit, ut prima Mundi Ætas, quæ celeri ac infocundo prorsus calamo

A ab

ab historicis percurritur hic quoq; sine materiaram & titulorum varietate contrahatur.



Nno I. mundi ante Christum natum juxta Chronotaxin *Saliani* (quē in hac Chronologia sequimur) quater millesimo quinquagesimo secundo; Secundum *Pererium* autem ante Christum natum quater millesimo vigesimo secundo juxta *Tirinum* A. 4000. condito jam ornatoque mundo, sexto die formavit Deus Adamum, Corpus ex luto animam ex nihilo effingens, ne Reo orbis inauguratus causam haberet superbiendi; Sociam autem & adjutricem ejus Evam eduxit ex costâ viri, u causæ mutui amoris nunquam desissent conjugibus, posuitque ambos in Paradiso Voluptatis.

Et perfecit Deus in Die Sexto omnia opera sua, quæ fecit, benedixit que diei Septimo, & sanctificavit illum, docuitque Adamum & posteritatem ejus consecrare Sabbathum, ut sit Dies sanctificationis, Contem

pla

plationis operum divinatorum, & gratiarum actionis.

Ex eo quod Dominus sex diebus ab-
solverit mundum, & septimo quieverit Pri-
mus etiam versus *Gen:* qui continet sum-
mam operum Domini sexies litteram *Aleph*
exprimat, *Aleph* autem significet mille,
mille autem anni sint *voluti Dies hesterni*
qua praterijt; exinde opinantur nonnulli
Rabbini & Novatores multi, mundum sex
tantum annorum millibus duraturum esse
sed infulsam & superstitionisam conjecturam
hanc vocat *Genebrardus*; quæ Christi verbis
Marci 13. repugnet. *De die autem ista vel*
hora nemo scit, neque angeli in Cælo s neque
Filius, nisi Pater &c. Vaticinium Eliæ, quod
aliqui de eo adducunt, non est Eliæ - The-
bitis, sed commentum cujusdam Eliæ
Rabbini Cabbalici.

Die decimo septimo, qui erat à pro-
ductione Primi hominis octavus, &
feriâ sexta secundæ mundi hebdo-
madæ, ut probabiliter sentiunt *Pe-
rerius, Delrio, Torriellus, Saliannus, A-
damus & Eva* Proto-parentes nostri
ab prævaricationem Paradiso extur-
bantur.

Conditum fuisse mundum in Æquinoctio
autumnali respectu nostri hæmisphærij do-

cet Josephus & cum Rabbiniſ quibusdam tenent Græci : ſed creatum eſſe in verno æquinoctio plurimi Ss. PP. ſcribunt, & reſte V. Bedâ id ipſum in Tynodo Palæſtinâ mandato *Victoris* PAPÆ, ab Epifcopo Cæſarienſi congregatâ, omnium conſenſu declaratum eſt.

Circa finem anni primi natus eſt *CAIN*, & eodem partu ſoror ejus, poſteâ uxor, quàm *Toſtatus* *CALMANAM*, *Cedrenus* *ASUAM*, alii *CARMANAM* vocant.

An: mundi Secundo ſub Octobrem natus eſt *ABEL* & Soror ejus, quam *Comeſtor* & *Abulenſis* *DELBORAM* appellant.

Dubium non eſt *Tirino*, *Saliano*, & *Genebrardo* Evam ſæpiùs prægnantem ſimul, & nutricem fuiſſe, vigore naturæ ad omnia tunc ſufficiente, & ſingulis annis geminos produxiſſe, marem & fœminam. Ex quo intelligi poteſt, quantam liberorum turbam Adamus ex una Eva nongentis annis genuerit, ad mille ſcilicet & octingentos. Addit *Salsanus*: quidam tergeminos aliquando tulit ob vigorem

gorem naturæ & humorum copiam?
Neque anni sequentes aliis rebus ge-
stis sigillatim distingui possunt, qui
generationibus plurimum impende-
bantur.


An mundi 130. perditorum Cory-
phæus CAINUS fratrem suum Abe-
lem trucidavit, cum annum is ageret
129. ita ex Scriptura colligit *Cajeta-
nus*; cum enim in Scriptura dicatur
SETH natus, cum Adam vixisset annis
130. dicatur quoque à Deo positus in
locum Abelis, videtur Abel anno pro-
ximo ante nativitatem Sethi inperfe-
ctus à Caino.

Opinantur aliqui Abelem nondum du-
ctâ uxore, adeoque virginem occubuisse;
sed aliud sentire videntur *Hieronymus*, &
Augustinus, *Abulensis* etiam & *Comestor* u-
xorem Abelis non incongruè dicunt fuis-
se Sororem ejus DELBORAM, ex qua filios
susceperit, quorum tamen Scriptura non
meminit, quia ad Messia Genealogiam non
pertinent.

Anno mundi 130 (intellige exple-
tis tot annis) Deus pro Abele SE-
THUM subrogavit, & Parentis utrius-

què luctum mitigavit. *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel.* Gen: 4. Ideoque SETH, id est, *positio* dictus, ut interpretatur *Hieronymus*. Sed & Caino eodem anno natus est ENOCHUS;

Credibile non est ENOCHUM fuisse primogenitum Cain, sed præ omnibus cæteris, quos ante vel post Enoch genuit Cain, illius tantum meminit Scriptura, ex cuius posteris natus est is, qui Caini parricidium ultus est. Sic etiam existimandum non est SETHUM ad annum usquè 105 caruisse liberis, aut ENOS usquè ad 90. JARED usquè ad 162. aut MATHUSALEM usquè ad 187. aut deniquè NOË usque ad 500. sed sicuti postea dicuntur genuisse filios & filias, ita etiam ante genuisse non tantum credibile, sed necessarium est: quomodo aliàs Cain ex filiis & Nepotibus congregasset Civitatem? Neque quos memorat Scriptura, primogeniti sunt, sed omiſſis aliis illi, quos successione ordo postebat, ut ad NOË perveniretur, nominantur.



Gene.

Generaciones Patriarcharum per lineam Sethi usq̄ ad Noë.

<i>Tabula exprimit annum aetatis quo genuerunt, quot annis vixerunt, & annum mortis.</i>	gen. ann. suæ,	vixit ann. univ. vers.	Obiit anno munda-
ADAM genuit SETH	130	930	930
SETH genuit ENOS	105	912	1042
ENOS genuit CAINAN	90	905	1140
CAINAN genuit MALALAE	70	910	1235
MALALAE genuit JARETH	65	895	1290
JARETH genuit HENOCH	162	962	1422
HENOCH genuit MATHUSALEM	65	1365	987
<i>Anno 987. translatus est Enoch, non mortuus.</i>			
MATHUSALA genuit LAMECH	187	969	1656
LAMECH genuit Noë	182	777	1651

Qui à Setho descenderunt, vocantur filij Dei *Gen. 6.* ed quod hi Sanctitatem, virtutes & verum Deum colerent: Qui à Cain descenderunt, filij hominum dicuntur: erant enim animo terræ affixi, moribus perversis, & à Deo vero recesserunt, unde etiam Sethiani à Cainitis quasi ab excommunicatione abstinerunt.

Serie

*Series à Caino descendenti-
um usq; ad Diluvium quo Cainita
penitus extincti sunt.*

Cain	Henoch.
Henoch	Irada.
Irada	Maviaël
Maviaël	Mathusaël

Mathusaël	<i>genuit</i> Lamech
-----------	-------------------------

Lamech ex *Ada* Jabel & Jubal.
 Sella Tubalcain & Noëmä

ANni, quos vivendo expleverunt primævi homines non fuerunt Menstrui, seu 30 tantum dierum, ut perperam quidam asseruerunt. sequeretur alias, quod *Mala-leel* & *Henoch*, qui dicuntur genuisse filios an: ætatis 65. genuissent illos anno ætatis suæ Solari sexto. Fuerunt ergo anni Solares, mensum scilicet duodecim. Sed unde illa longævitas? *ix.* Primò ex meliore complexione & temperamento corporis humani. Secundò ex sobrietate, plerique enim carnibus & vino, tametsi prohibita non essent, ante diluvium abstinuerunt. Tertio ex primævo vigore terræ fructuum & alimentorum. Quarto ex peritia & scientia Adami, quam & posteris communi-
cavit.

usque ad an. mundi 1657.

cavit, quã longè melius quàm omnes nostri Medici nõrant vim herbarum, fructuum & metallorum. Quintò ex Dei voluntate & arcana cooperatione idque ut homines citius propagarentur, & scientias artesque certius perdiscerent, posterisque remotissimis verum Dei cultum commodius inculcarent.

Circa Annum Mundi 150. urbem condidit Cainus, & à filio suo *Henocho*, quem præ alijs amaverat, ut putat *S. Augustinus*, *Henochiam* appellavit, partim ut se à Talione homicidã defenderet, partim ut prædas tutò reponeret.

Anno Mundi 688. Cainus in sylvã pro ferã habitus per imprudentiam à *Lamecho* nepote suo occiditur *Gen: 4.*

Hic *Lamech* non est ille Pater *Noë*, sed filius *Mathusaelis* à *Caino* oriundus, in quo *Polygamia* primùm notatur, non quæ successiva, sed quæ plures uxores simul ferat, habuit enim mulierosus hic *Lamech* duas simul uxores *Adam* & *Sellam*, ex quibus filios suscepit, ut *Josephus* narrat, septuaginta septem; quamvis Scriptura tantùm quatuor commemoret ex *ADA* scilicet genitum *Jabelem* & *Jubalem*, ex *SELLA* autem *Tubalcain* & *Noëmam*.

A 5

JABEL

JABEL Pastoritiam nece Abelis inter mortuam restituit, cui adiecit usum habitandi in tabernaculis, eaque circumducendi: *Genebrardus.*

JUBAL Musices & instrumentorum ejus inventor: Jubilandi vocabulum inde in aliquod linguas fluxit.

TUBALCAIN artem fabrilem invenit, & primus Metalla effodit.

NOËMA primò exercuit Texturam ac Lanificium, & præivit sexui qua in arte ingenium fœmineum exercere & ostendere deceret.

Si à Scriptoribus alii earundem rerum inventores memorantur, non idè falsi arguendi sunt, neq; enim obstat eandem rem diversis in locis à diversis inventam esse.

Anno 930. ADAM mundo coævus post longissimam pœnitentiam obiit in terra Israël. Decem autem annis post obitum Adami decessit EVA. Sepultus est Adam secundum communem S. PP. traditionem in ipso monte Calvaria, quem SECUNDUS ADAM CHRISTUS sanctissimo Sanguine suo humectavit; & fama rei hujus ab ipso Noë propagata est. *Er.*

Errant, qui negant saluum esse Adamum, sic enim Augustinus contra Tatianos & Encratitas: *Qui contradicunt saluti Ada, nihil proficiunt, nisi hoc, quod semetipsos hereticos & Apostatas faciunt veritatis, & advocatos serpentis ac mortis se ostendunt.*

Anno mundi 987. Henoch Patriarcha post vitæ annos 365. à Deo in Paradisum transfertur Gen. 5. & Eccl. 44.

Sine morte & vivus translatus est Henoch, sic enim Apostolus ad Hebr. 11. v. 5. *Ne videret mortem.* Quod autem translatus sit, variant Doctores absque læsione Scripturæ: Neque enim necesse est per paradisum intelligere locum, in quo Adam habitavit, ut docet Gregor. Magnus, sed intelligi potest secunda aliqua, & peramcena terræ regio, ubi Henoch & Elias vitam quasi beatam agant, corpore quidem ex se corruptibili ac mortali, sed divinâ virtute incorrupto & immuni à concupiscentia, in statu quodam medio viatores inter & beatos, in Dei altissima contemplatione, non tamen visione; suspendente interim Deo actionem caloris naturalis humidi radicalis consumptricem, ut absque esu & potu eorumque appetentia vel indigentia integri & incorrupti persistere valeant. Qui verò dicunt paradisum tempore diluvii ab aquis

aquis immunem perstitisse, aquis undiq; ad
 latera sese attollentibus & quasi in murum
 solidatis, ut contigit Israëlitis in mari ru-
 bro, iidem dicunt *Henochum & Eliam* esu
 arboris vitæ frui pro libito, atque ita vi-
 tam prorogare. *Causam* verò quare trans-
 lati sint *Henoch & Elias*, indicat *Ecc. cap.*
44. v. 16. ut det gentibus pœnitentiam, id
 est, ut in fine mundi, quando restituentur
 orbi, traducant populos ab adoratione
 Dæmonis & Anti-Christi, ad verum Deum,
 Martyrio demùm afficiendi, & triduo post
 mortem obitam rediivivis corporibus in-
 spectante populo in cœlum assumendi.

Circa annum mundi 1042. post
 mortem Sethi, nepotum ejus magna
 facta est depravatio; neglecta enim
 monitione Adami & Sethi, de non
 miscendis connubiis cum Cainitis, *fi-*
lij Dei (id est, *Sethiani*) copulati sunt
 cum filiabus hominum, ex quorum
 nefando concubitu procreati sunt gi-
 gantes, non tantùm corporis stupen-
 da Mole, sed morum etiam improbi-
 tate perinsignes, quâ Deum ad uni-
 versale diluvium impulerunt.

Anno mundi 1557. Noëmiverò an-
 501. jubetur Noë construere arcam

con-

conservandis mundi naufragi reliqui-
is destinata. Noë interim fabrican-
te & simul pœnitentiam prædicante
gigantes excitârunt duas miræ mag-
nitudinis columnas, lapideam unam,
& lateritiam alteram: illam ut mun-
do aquâ pereunte persisteret illæsa:
lateritiam autem, ut mundo fortè ig-
ne conflagratur, duraret in igne. His
columnis artes ab se inventas inscri-
pserunt, ita *Josephus*.

Arca Noëtica Fabrica.

Materia erat ex ligno Cedrino, Lon-
gitudo sese extendebat ad cubitos
300. seu pedes 450. Latitudo complecte-
batur cubitos 50. seu pedes 75. Altitudo
surgebat cubitis 30. seu pedibus 45. For-
ma quinas in partes distributa erat: pars
prima, seu infima, fuit sentina 4. cubitos,
seu 6. pedes alta. Hic saburra, arcæ libra-
mentum, & fœtetur erat; nam eò per
laxiores ligneos canales stercorea & sordes
animantium deijci potuerunt. Pars secun-
da fuit prima arcæ contignatio, seu pri-
mum cœnaculum 10. cubitis altum, habi-
tatio animalium 300. ferè stabula, prout
Deus iusserat, seu mansuunculas in se con-
tinens. Hic omnia animalia, terrestria,
repti-

reptilia, & gradientia. Terrestrium animalium arcam ingredientium species numerat *Cornelius à Lapide* 175. easquè non plus loci occupasse censet *Pererius*, quàm occupent 250. boves. Stabulationes asseribus distinctæ, & mediæ inter illas viæ dispositæ erant.

Pars arcæ tertia, contignatio secunda, octo cubitis alta. Hic penarium & universi pabuli conditorium. Hic straminis & sceni plurimum, hordeum, avena, frondes legumina, omnigeni fructus molles & duri; Hic dolia complura dulcis aquæ plena, in locis vacuis rustica & urbana supellex, post diluvium usurpanda. Ex hoc loco tubi & foramina laxiora in pecoris mandras derivata ad scenum, stramen, pabulum submittendum. Pars arcæ quarta, seu tertia contignatio, octo cubitis alta in tres classes divisa, hominibus & avibus assignata. Classem mediam homines occuparunt, duas extremas volucres feræ & cicures habitabant. Avium autem vix 150. species recensentur, quæ facillè in assignata arcæ capacitate locum repererunt.

Classis media sua habuit cubicula virorum separatim, ac mulierum. Hic etiam culina & focus; hic molæ trusatiles ac clibanus; hic lignorum ac carbonum, & rerum vitæ necessariorum receptaculum.

Huc

Huc lumen obliquum & suspensum per arcæ fenestram immittebatur, in alia habitacula accensis cereis eundum. Multæ scalæ ascensui & descensui, foramina multa tam ad deferendum com meatum, quam ad sordes efferendas. Pars arcæ quinta tectum erat tam modicè declive, ut in medio non altius uno cubito fuerit, quæ & ventis resisteret, & nimbos effunderet, Ostium arca habuit unicum, idque ex latere, ita collocatum, ut catenis attrahi ac demitti, sicut pons versatilis potuerit, per quem omnia animalia ascenderent: putatur hoc ostium 15 pedes longum, septem aut octo latum fuisse, foris claudendum, & intus instar fenestræ aperiendum. Et talis erat arca Noëtica 100. annorum labor.

Anno mundi 1656. ante Christum 2397 moritur Mathusalem, & septem Diebus post obitum Mathusalæ, immixtis in arcam omnis generis animalibus ingressus est Noë cum uxore sua tribusque filiis ac nuribus pari numero, & aquæ diluvij inundaverunt super terram, anno sexcentesimo vita Noë mense Secundo, septimo Decimo die mensis sunt rupti fontes &c. Gen: 7. pluitque per dies 40 continuos tantâ copiâ, ut aqua supra montes altissimos 15. cubitis

16 ÆTAS I. ab anno mundi 1657
bitis emerit. Duravit autem dilu-
vium universim, & Noë in arca de-
tentus est anno uno, diebus decens.

1657 1657 1657 1657 1657 1657 1657 1657 1657 1657

SECUNDA Æ- TAS MUNDI.

Ab anno 1657. ad annum
mundi 2544.

*A Principio Sexcentesimi
primi anni Noë usq; ad egressum
Hebraorum ex Ægypto per
annos 887.*

Quia præterita infantia pueritiam
suam mundus ingreditur, simul-
què crescente mundo incolarum &
rerum gestarum copia crescit, neces-
sarium videtur post hæc titulos rerum
distinguere.

S. I. Progenitores Christi.

NOë Patriarcha Anno mundi
1657 cum flagrans libido elu-
vione extincta esset, jamque
instaurata rerum natura hilaritatem
novam

novam induere videretur, Noë cum filiis suis & uxoribus ex arca, tanquam novi Phœnices humani generis prodeunt, & solenne holocaustum Deo offerens Patriarcha, cum gratiarum actione alteram mundi ætatem auspiciatur; Anno vitæ suæ 601, quam ipse, etsi multis ac magnis casibus totâ vitâ vehementer exercitus protraxit nihilominus ad ann. usque mundi 2006. vitæ suæ 950. quo plenus dierum ac meritorum obiit, filiis post se relictis, quos Scriptura numerat, tribus, SEM, CHAM, & JAPHET. Quia verò soboles CHAMI & JAPHETI à veri Dei cultu defecit, neque ad Christi Genealogiam pertinet, ideo Scriptura posteritatis SEM tantum meminit.

SEM FILIUS Noë natus an: mundi circiter 1559. ante diluvium, & Noëmi 503. vir eximie virtutis, quam probat illa in parentem Noëmum reverentia, & illustriorem reddit fratris Chami in patris dedecore petulantia. Unde etiam benedictione à Sanctissimo Patriarcha insignitus est, quam

quam non in externa solum bona, sed largè in corpus ut diutissimè, & in animum ut sanctissimè viveret redundâsse indicat retenta in ejus unius familia vera pietas verusque Dei cultus, aliis penè omnibus in idololatriam prolabantibus. Dixi penè omnibus: constat enim MELHI SEDECHUM & ABIMELECHUM Chananæorum regulos cum magnâ utique parte subditorum veri Dei cultores extitisse. Obijt anno mundi 2096. ante Christum 1895.

ARPHAZAD Patriarcha filius SEMI natus est post diluvium an: 1659. mortuus est an: mundi 2096. De rebus ab eo gestis & moribus ejus mirum est silentium, dicitur sepultus in Babylone, in quod sepulchrum postea Sem, post annos 62. & Ezechiel Propheta post annos 1366, illati sunt.

CAINAN filius ARPHAXADI natus an: mundi 1694. quem ex S: Lucæ autoritate & 70 interpretum sententia inter *Arphaxad* & *Sale* collocavimus, quoniam Hebræi hunc *Cainan*

NUM

usque ad an: mundi 2544.

19

num ut ignotum hominem præterierunt, ideo nihil de illius gestis aut moribus constat. Obijt an: mundi 2053.

SALE filius CAINE natus an mundi 1724. obijt an: mundi 2156. anno vitæ 433. Nihil de illo habetur.

HEBER filius SALE natus an: mundi 1754. ante Christum 2299. *Vir Illustris* à S. Augustino appellatur, à quo *Hebrai* tanquam *Heberai* cognominati sunt. vitæ periodum explevit an. mundi 2217. Cum vixisset annis 464. magno eum in pretio fuisse apud posteros, denominatio ex eo sumpta, & in omnem transfusa posteritatem satis declarat, De quo infra.

PHALEG filius HEBERIS natus an: mundi 1788. ita appellatus ab *Hebere* spiritu prophetico, eo quod in diebus eius *divisa sit terra*, ut ait Moses *Gen. 10. v. 25.* Mortuus est Anno 2026 nec sine mysterio, hic annus dimidium habet temporum usque ad nativitatem Christi Domini. Sicut ergo *Phaleg*

leg (idem ac *Diviso*) in ortu suo habuit divisionem terrarum, in vitæ progressu divisionem linguarum, ita nunc in obitu divisionem seu dimidiationem annorum mundi ante Christi adventum primum in mundum.

REV vel RAGAU filius PHALEGI natus an: mundi 1800. obiit anno mundi 2053. De rebus ejus gestis magnum ubique silentium.

SARUG sive SERUG, Reuvi filius natus an: mundi 1850. obiit anno mundi 2079. Hunc nomine idololatriæ accusat *Epiphanius* & *Philo Judæus*. Putat autem *Salianus* Sarugum hunc, si à via recta deflexerit, ab Abrahamo, cui convixit, reductum, vel etiam, ne aberraret à veri Dei cultu, omninò retentum fuisse.

NACHOR SARUGI filius, natus anno mundi 1880. ante Christum 2173. mortuus anno mundi 2027. ante Christum 2026. Nihil de hoc historiæ speciale meminerunt.

Nacher hic avus, & alius Nachor Abrahamæ

brahæ frater cognomines sunt, unde in le-
ctione Scripturæ advertendum est, ubi in
Hebræo in cap. Josue 24. additur ad Na-
chor *Pater Nachor.*

THARE filius NACHORIS & Pater
Abrahæ, natus anno mundi 1909.
ante Christum 2144. longè clarior
gloriâ filii, quàm propriâ fuit.

Diversimodè de eo scribunt Patres. *A-
bulensis* & *Lyranus* referunt ex Hebræis,
eum ita insaniisse in cultu idolorum, ut *A-
brahamum* avertentem idololatriam apud
Nemrodum accusaret, ejusque jussu in ar-
dentem fornacem conjectus sit, ibique di-
vino beneficio incolumis perduravit. Ma-
le quoque audit hoc nomine Thare apud
Epiphanium, imò etiam *Augustin.* & *Chry-
sostomum.* *Salianus* hanc fabulam Hebræo-
rum putat: Ut conciliet opiniones diversas,
scribit Tharem aliquando idololatriæ servi-
isse, cum adhuc habitaret trans flumen, sed
Abraha operâ conversum fuisse divinitus;
& hanc fuisse causam commorationis *Abra-
ha* in *Haran* cum patre suo, ut ne eum ci-
tò moriturum desereret, destitutum auxilio
spirituali, sed ad piè moriendum illic assi-
steret & adjuvaret.

ABRAHAMUS filius THAREI na-
tus anno mundi 2039. ante Christum
2014. obiit anno mundi 2213. vitæ

175. cujus illustria virtutum decora Sacris litteris prodita habemus, & omnium quasi encomiorum ejus epitome est illud *Eccl 44. Abraham magnus Pater multitudinis gentium, & non est inventus similis illi in gloria.*

ISAAC filius ABRAHAMI natus anno mundi 2139. ante Christum 1914 anno Abrahæ 101. Oblatus Domino in monte *Moria* anno vitæ 25. Mortuus an. mundi 2318. ante Christum 1735. Cum vixisset annis 180. Ejus gesta laudabilissima commemorat, Moyses in Genesi.

JACOB filius ISAACI natus unà cum fratre suo Esau an. mundi 2199. ante Christum 1854. primogenituram emit ab Esau an. mundi 2223. vitæ suæ an. 25. benedictionem paternam præripuit fratri suo Esau an. vitæ suæ 78. Secundo septennio sui famulatus *Labano* pro *Rachele* præstito genuit hoc ordine filios; ex *LIA Ruben* * *Simeonem* * *Levi* * *Indam* * Ex *BALA, Dan*, * *Neptali*, * Ex *ZELPHA Gad*, & *Aser*. Deinde iterum ex *LIA Issachar* & *Zabulon*

Zabulon. Ex *Rachele* demum *Ioseph* & *Beniamin*. Per diversissimos casus, quoad vixit, exercitus, obiit in Ægypto anno mundi 2345, vitæ suæ anno 147.

JUDAS filius Jacobi ex *Eia* natus Anno mundi 2286, obiit anno mundi 2404. ante Christum 1649. tribus Regiæ progenitor ac parens, regijs quoque virtutibus à Deo instructus.

Hujus laudibus non obstat, quod suaserit venditionem fratris sui *Iosephi*, suavitè minus malum, scilicet servitutem ad averendum majus malum, mortem nimirum in cisterna frigore ac fame certò obeundam. Neque tamen excusari debet adulterinus ejus concubitus cum *Thamare*, quem *Moyse*s accuratè descripsit Deo inspirante ad retundendam superbiam Judæorum, ut duces, Principes, & suos reges ex adulterio profluxisse scirent.

PHARES filius *JUDÆ* ex *Thamare* natus an. mundi 2328 ante Christum 1725. dictus *Phares*, id est *divisio*, vel *ruptura*, *Thamare* enim geminos ferente in utero, & obstetrice alterum, *ZARAM* scilicet, ad primogenituram eligente, vittâ *Coccineâ* manu illigatâ

in signum, ut prius egrederetur; hic egressus est prior, quem Dominus unum de suis progenitoribus esse voluit *Gen. 25*. Tempus mortis non invenitur.

ESRON filius PHARÆ.

RAM five ARAM filius ESRON.

AMINADAB filius ARAM.

De his progenitoribus Christi in Ægypto natis, de annis nativitatis eorum & gestis silentium in historijs.

De AMINADABO refert Scriptura quod primus fuerit, qui cæteris trepidantibus ingredi mare rubrum divisum à Deo, animosè ingressus suam tribum incolumem traduxit, cæterosque ad idem audendum animavit.

NAASSON filius AMINADAB Ejus ortum *Salianus* conijcit in anm mundi 2514. ante Christum, secutus *Torniellam*: ut nimirum *Naasson* in exitu populi ex Ægypto post 30. annos futuri, eâ sit ætate quæ principi tribus Judæ conveniat, puta 30 annorum. de quo vide ætate III.

S. II.

§. 2. Pontifices Hebræi.

Sacerdotes Hebræorum usque ad Sacerdotium Aaron omnes primogeniti ex stirpe Noë, immolaruntque victimas. Ita Hieronymus ad Evagrium ex traditione Hebr. Scribit Bolduinus, lib. 2. cap: 2. de Ecclesia ante legem, quod SETHUS ante diluuium post Adamum, & SEMUS à diluuiio post Noë Summum Pontificatum gesserint, Et ideò dicantur Ecclesiast: c.49. Seth, & Sem gloriam adepti inter homines.

§. 3. Monarcha Assyrii sive Babylonici.

Ab anno mundi 1932. ad annum mundi 2544.

AD an: m: 1932 Noë, quo nemo regum opulentior, cum videret liberos suos multiplici sobole supra modum auctos, ut concordēs faceret, discordes fecit universum orbem illis partiendo. SEM cum suis orientalem Syriæ partem versus Euphratem obtinuit.

B nuit.

nuit., CHAM Zoroastres, Bactros, Ju *chi*
 dæam, Arabiam, Ægyptum, Æthyo us
 piam, totam denique Africam. JA nu
 PHET sive JAPETUS cum septem *sur*
 filiis eorumque posteris Europam ne pot
 stram & septentrionalem Asiæ pa ferri
 tem. Hinc poëta: *andax*, inquit, *h Aff*
peti genus primum se credere transtri fan
 nemo enim adhuc sulcârat mare, *h nan*
 negant Poëtæ illud aureo sæculo, *tr cur*
 jectum fuisse. Factâ sic gentium d *rod*
 vifione & secutâ linguarum diver *cû*
 tate populi singuli suas sibi res ag *Ch*
 re & promovere cœperunt, terras d *pel*
 ftribuere, urbes moliri & cætera pe *qua*
 agere, quæ ad constitutionem reip *citu*
 blicæ faciebant, idque illius directi *con*
 ne, *cujus auspicijs in viam se ded pio*
 rant, *ut terra deinceps tota repletur arm*
visis regibus. nos

Quos inter *Nemrod*, sive, prout *byl*
 profanis scriptoribus nominatur, *Etum*
lus Monarchiam Primus condidit, *Rum*
 qui sui principium accepit *constit con*
 ens *Babylonem*, unde Prima Mon *anius*
 chia ac veluti *aureum caput Monacci*
chi

os, Ju *chici colossi* quem *Daniel* vidit, Poti-
 thyc us *Babylonium* quam *Assyrium* reg-
 . Ja num appellari deberet, quia verò *Assy-*
 eptet *sur* filius *Semi* exemplo *Nemrodi* ne-
 m ne potis sui, vel gloriâ invitante, vel metu
 e pa feri hominis ac violenti, *Assuriam* sive
 t, *Assyriam* construxit, eamque cum
 nstri familia sua (*Nemrodo* *Babylon* reg-
 re, nante) incoluit quidem, tantisper fe-
 o, tr curus, mox autem post mortem *Nem-*
 um d rodi *Assuria* urbs ab irruente *Nino*
 iveri cû regionibus vicinis, *Mesopotamiâ*,
 s ag *Chaldæâ* &c. occupata, ac *Ninive* ap-
 as d pellata est: ideo *Assyriorum* potius
 a pe quam *Babyloniorum* *Monarchia* di-
 reip citur: quanquam *Babylonios* etiam
 recti comprehendat. Imo, veluti a princi-
 ded pio ex *Babyloniis* natum est *Assyrio-*
 tury rnm, ita vice versâ ex *Assyrijs* post an-
 nos 1402. constructum iterum est *Ba-*
 outi *Babyloniorum* *Imperium*, & continua-
 ur, btum per annos 183 usque ad *Imperi-*
 it, R um *Persarum*. Ad vitandam itaque
 stitit confusionem, *Assyria* & *Babylonia* u-
 onan ius ejusdemque *Monarchiæ* nomine
 lonaa accipiuntur. Duravit autem usque ad
 mor-

B 2

mortem *Sardanapali*, annos 1304. a
 mortem autem *Affaraddonis*, quand
 planè excisum est regnum, annis 140
 Possessum interim à Monarchis eo
 dine quo tum hâc, tum Sequentib
 ætatibus mundi ponuntur.

I. BELUS idem qui NEMROD
 filius CHUS, & CHAMI nepos, nati
 circa an: mundi 1694. ante Christu
 2359. Primus affectato imperio,
 hominibus ad urbes ædificandas,
 muniendas compulsis, regni forma
 in Chaldæa instituit an: mundi 193
 ante Christum 2121. militari audac
 & civili prudentia clarus. Regnavit
 annis 65. & obiit an: mundi 199
 cum vixisset annis circiter trecentis.

Scribit Plinius hunc Belum inventore
 fuisse Astrologiæ eamque docuisse Baby
 nios, unde & factum videtur, ut Peri
 eundem in Cœlitum ordinem relatum inte
 astra apparere dicant, quem Oriona Vo
 cant.

II. NINUS filius BELI sivè Nem
 broth, ejusque in Assyriorum (quod
 dem ac Babyloniorum) imperio suc
 cessor, regnavit annis 52. impius æ

què in Deum, quàm injuriosus in ho-
mines: sui enim parentis simulacrum
impiâ pietate coli pro Deo jussit, &
ambitione flagrans Asiam & Ægyp-
tum bellis victorijque pervasit. Mor-
tuus anno mundi 2048.

Refert Ælianus Semiramidem petiisse
â Nino quinque tantum dierum imperium,
quo obtento (quid enim non mulier impe-
trat â viro mulieroso?) ipsa regem Ninum
interfici jusserit. Tanti stetit marito impe-
rium ad modicum tempus uxori conces-
sisse.

III. SEMIRAMIS anno mundi
2004. Assyriorum adivit imperium,
prima omnium mulierum, quæ admi-
nistrationem domesticam cum publi-
câ, & colum cum scepro mutavit.
dotes ingentes maculavit ingentibus
vitijs. Operum magnificentia & bel-
li gloriâ mortales retrò omnes supera-
vit, sed & libidinis æstro vix illâ quis-
quâ ardentior & crudelior. Amasios o-
mnes é medio sustulit, cum nullû ma-
ritum vellet, quem Dominum haberet.
interfectos autè, (imò ut Scaliger scri-
bit) vivos infodit terræ & super eos



ingentes aggeres excitavit, ut illi
 striorem redderet crudelitatem turp
 amoris. Ipsa quoque Eunuchos exci
 gitasse scribitur, ut sceminis quoq
 liberior & securior esset libidinis e
 plendæ occasio. Regnavit annis 4
 à filio *Ninya*, quem de incestu app
 laverat, interfecta anno mundi 209

I V. NINYAS NINI & SEMI
MIDIS filius à patris sui fortitudi
 bellica penitus degeneravit, luxur
 autem cum matre quasi certavit. 1
 annos 38 non tam regnavit, quam
 licijs in cætu pellicum & eunuch
 rum effeminatus in tenebris & fil
 tio latuit, potiùs mancipium volup
 tis, quam rex; vivendi simul & otia
 finem fecit anno 2128.

V. ARIUS regnare cœpit an
 mundi 2129. ante Christum 19
 Ninyæ antecessoris imitator fuit. m
 tuus est an. m. 2158. Imperij 30.

De hoc, ac sequentibus Assyriæ regib
 idem dictum sit, omnes regnasse, ac si
 ti non essent ut populos regerent & t
 rentur, sed ut impunè tantum volupt
 bus perfruerentur, bonis subditorum

corporibus abuterentur pro arbitrio, & simul quasi Dii in gynecæis absconditi & à mortalium turba secreti, divinam venerationem ac timorem sibi conciliarent.

VI. ARALIUS filius Arj, successit, tenuitque ad annos 40. mortuus anno mundi 2198. sine ulla rerum prædarè gestarum memoria relicta.

VII. XERXES sive Balæus, alijs Balæus, cæpit imperium anno mundi 2199. tenuit annos circiter 30. moriens reliquit anno mundi 2228.

VIII. ARMAMITRES sufficitur imperio Affyriorum an: mundi, 2229. mortuus an: mundi 2266.

IX. BELOCHUS priscus dictus, hujus nominis primus Affyriorum rex cepessit imperium an: mundi 2266. obiit an: mundi 2298.

X. BALÆUS Belocho successit an: mundi 2298. quidam hunc Balæum secundum, sive Balæum juniorem appellant propter Xerxem, qui etiam Balæus dictus. obiit an. mundi 2353.

XI. ALTADAS regnare cæpit an: 2353. desijt anno 2385.

XII. MAMYTHUS successit Al-
B 4 tadæ

tadæ & tenuit usque ad annum 2415.

XIII. MACHALÆUS post Machathum regnavit usq; ad añum 1445.

XIV. IPHERÆUS ab alijs SPHÆRUS à S. *Augustino* Saphrus dictus regnavit usque ad annum 2465.

XV. MAMYLUS successit SPHÆRO & regnavit ad annum 2495.

XVI. SPARETUS post MAMYLUM regnavit ad an. mundi 2535.

XVII. ASCATADES ab anno 2535 usque ad annum 2575.

S. 4. *Ortus & Occasus*

Regnorum.

Ut necesse non sit posthac distinctis paragraphis ac titulis regum (extra Monarchias) catalogum in qualibet ætate mundi attexere, visum fuit ea in mundi ætate seriem regum referre, quæ regna quæque orbem suum habuerunt.

REGES SICYONIORUM SIVE PELOPONESI

Ab anno mundi 1966. ad annum mundi 2927.

1. **Æ** *Gyalus, à quo Ægylia Peloponnesus appellatur * II. Europs * III.*

1. Tel.

Telchin * IV. Apis * V. Telxion * VI.
Egydras * VII. Thurimacns * VIII.
Leucippus * IX. Mesopus * X. Eratus *
XI. Plemnans * XII. Orthopolis * XIII.
Marathis * XIV. Echyrens * XV. Co-
rax * XVI. Epopeus * XVII. Lacome-
don * XVIII. Sicyon, unde dicta est Mo-
rea Sicyonia * XIX. Polybus * XX. Ia-
niscus * XXI. Phæstus * XXII. Adra-
stus * XXIII. Poliphides * XXIV. Pe-
lasgus * XXV. Zeuxippus.

Hic regum ac regni Sicyoniorū ultimus,
quod fuit omnium regnorum, si ab Assyrio
discesseris, antiquissimū, extinctū anno
mundi 2927. postquam 25. reges regnā-
runt per annos 962. Post reges subsecuti
sunt Sacerdotes Carnei Apollinis sive Car-
ni & durā runt annis 32. post quos Charide-
mus Sacerdos constitutus est, qui impen-
sas non sustinens fugit ad reditum Heracli-
darum (erant autem Heraclidæ posteri Hera-
culis, quorum reditus refertur ad an. mun-
di 2950 ad tempora Davidis regis, de, qui-
bus in aliā mundi ætate.

REGES ARGIVORUM.

Ab an. mundi 2199. ad annum
mundi 2742.

1. Nachus primus Argivorum Rex, de
B 5 hos

hoc *Horatius*; dives nē prisco natus
ab *INACHO* &c. ab hoc Rege *Argivi* dicitur.
Et Inachida * *II. Phoroneus filius Inachi* * *III. e Apis* *

Hic ille *Apis*, qui suum regnum in *Ægyptum* transtulit, & cum ibi multa ac præcipue vini usum populos docuisset, post mortem dictus est *Serapis* maximus Deus *Ægyptiorum* habitus, colebatur in forma bovis

IV. Argus Apis filius * *V. Criasus* (ab alijs *Calithis*) * *VI. Phorbas* (ab alijs dicitur *Phorbas*) * *VII. Triepas* * *VIII. Crotopas* * *IX. Stenelas* * *X. Danaus* ab *1581. expulsor Stenela.*

Ab hoc Anno inceperunt *Græci* appellari *Danaida*. Hic ille *Danaus* est, qui 50 filios genuit *Danaidas* dictas, quæ ab avo *Bellides* vocantur. Hæ unâ nocte viros suos *Ægypti* filios interfecerunt, præter unam *Hypernestrâ*, quæ *Linum* maritum servavit unde finguntur supplicij loco apud inferos dolium pertusum aquâ implere, è quo effluat tantumdem, quantum infunditur. Sed tabulæ locum fecit *Danai* beneficium qui aquas è remotis fontibus per aquæ ductus *Argos* derivavit, aquarumque inopiam sapientia sua propulsavit.

XI. Lynceus * *XII. Abas* * *XIII. Praxinos* * *XIV. Acrisius* * hic ultimis fuit regum

regni Argivorum, quodduravit annis 5542
ut Hieronymus ex Eusebio usque ad an:
2742. ab hoc anno Perseus Acrisij interfe-
ctor transtulit regnum Argivorum Myce-
nas, de quo etate sequente.

REGES ATHENIENSIIUM.

Ab an. mun. 2498, ad an.

Post Ogygium diluvium vastitas fuit diu-
turna Regionis. Reges inceperunt an:
mundi 2498.

- I. *Cecrops* hujus nominis primus re-
gnavit annos 50.* II. *Cranæus* vir in-
digena * III. *Amphiction* * IV.
Erichthonius * V. *Pandion* * VI. *Erich-*
reus * VII. *Cecrops Secundus* * VIII.
Pandion Secundus * IX. *Ageus* * X.
Theseus Helenæ raptor. * XI. *Me-*
nestheus, sub quo Troia capta est. Unde
ipse regrediens in Melo mortuus est.
XII. *Demophoon* Filius Thesei. * XIII.
Oxymes * XIV. *Aphistas* * XV. *Thi-*
motes * XVI. *Melanthus* * XVII. *Co-*
drus Regum ultimus.

Post quem inceperunt esse Archontes
perpetui,

Codrus seipsum morti tradidit in bello
Peloponesiaco, ut suis juxta oraculum A-
pollinis Delphici Victoriam relinqueret,
anno

anno mundi 2985. Responsum enim acceperant Peloponenses, ita demum se superiores bello evasuros si Atheniensium hostium suorum regem non occidissent in pugna. Codrus ergo volens ad suos derivare victoriam, sui ipsius occisione ab hoste faciendâ, Pauperis habitu Peloponenses fecellit, eosque in suam necem per jurgia provocando, incognitus in vestibus laceris ab eis occisus est. Stetitque deinceps victor pro Atheniensibus.

RÆGNUM ET REGES

ÆGYPTI.

Ægyptij mira fabulantur de sua antiquitate, jactantq; Dynastias suas ante diluvium extitisse, sed fabulosa sunt omnia initia regnorum ante gentes confusione linguarum dispersas. Omissis ergo fictitiis Dynastiis incipimus à Dynastiis Politanorum.

Rex I. *Amasis* circa an. mun; 2340 ante Christum 1703. II. *Chebron* * III. *Amenophis* * IV. *Vephres* * V. *Mispharmutosis* * VI. *Turbinosis* VII. *Amenoptes*.

Sub quo natus est Moyses: gubernari incepit an: m. 2438, atque hic est rex illi novus, qui meritorum immemor ignorans incepit Josephum ante 40 annos mortuum, Cœpitquè vexare & atterere Israelitas, Regnavit annis 31, VIII

VIII. Orus successit an. mun. 2469
mitior antecessore suo, sub hoc enim
antiquatum est decretum de mer-
gendis infantibus Hebræorum. Reg-
navit annis 38. * IX. *Acenchris* re-
gina, filia *Ori* regnavit annis 12. * X.
Achoris ab alijs dictus *Rhator* regnum
tenuit annis 9 * XI. *Cenchris*.

Hic est Pharaonem *Cenchris*, qui contradixit
Deo, atque in mari obrutus est cum suo
exercitu. *Eusebius* huic *Cenchris* annos re-
giminis 16. attribuit, Dicuntur autem om-
nes *Ægyptij* reges *Pharaones*, quod no-
men gentilitium est, quo potestas signifi-
catur, sicut Romani omnes imperatores
suos vocant *Augustos*.

Post Pharaonem an. m. 2544. sub-
mersum successerunt; XII. *Acherres* *
XIII. *Cherres* * XIV. *Danaus* * XV.
Ægyptus, ab hoc Regio dici cœpit
Ægyptus, cum ante vocaretur *Aria* *
XVI. *Menophis* * XVII. *Cethus* *
XVIII. *Ramses* * XIX. *Amenophis* *
XX. *Ammenemes* * XXI. *Thnoris* *
XXII. *Smendis* * XXIII. *Pleusennes*
circa an. mun. 3063, ante Christum
990, * XXIV. *Sefoncoris* * XXV. *O-*
soribon

*forthon** XXVI. *Tachelothis** XXVII
*Petubostis** XXVIII. *Oforthon 2.**
 XXIX. *Psamms** XXX. *Bochoris**
 XXXI. *Sabachor** XXXII. *Sebicus**
 XXXIII. *Tharacus Æthyops** XXXIV
Merres Æthyops circa an. mun. 3353.
 ante Christum 700.* XXXV. *Stephi-*
*natis** XXXVI. *Nicephos** XXXVII
*Psammites** XXXVIII. *Vaphres**
 XXXIX. *Anamasis** circa an. mun.
 3483. ante Christum 570.* Post hunc
Cambyses Rex Perfarum obtinuit Ægy-
 ptum an. m. 3528. ante Christum 525
 usque ad Darium filium Xerxis, & de-
 inceps Alexandrini usque ad Octavia-
 num Augustum regnârunt.

*S. 5. Institutio Sacrorum
 Rituum.*

NOë Exemplum altaria erigendi
 & sacrificandi, posteris reliquit,
 & Ecclesiam collapsam restauravit
 Gen. 8. an. m. 1657.* *Melchisedech*
 Rex Salem, à quo postea dicta est Je-
 rusalem, Sacerdos altissimi panem &
 vinum

vinum, incruentum Sacrificium Deo
 vero offerendi usum ostendit & figura
 fuit Sacrificii Eucharistici Gen. 14.
 an: m: 2118. * *Abraham* Melchisede-
 cho tanquam Sacerdoti Domini deci-
 mas de tota præda largitur, unde sa-
 crificio divino deputatis viris deci-
 mandi pius usus profuxit Gen: 14, an:
 2118. * Benedictionis sacerdotalis ex-
 emplum dedit *Melchisedech* Abrahæ
 invocato Dei nomine benedicens. i-
 bidem * Ritus benedicendi filios à
Noë benedicente *Semo & Iapheto*, &
 contra maledicente *Chamo* impio fi-
 lio Gen: 9. an: 1671. * Institutio cir-
 cumcisionis in signum fœderis Deum
 inter & filios Abrahæ an: 2138. vitæ
 verò Abrahæ 100. Gen: 77. * Ritus o-
 randi pro invicem usurpatus à *Noë* in
 arca, ad cuius preces juxta Ss. PP. pluri-
 mis ex mortalibus pereuntibus in di-
 luvio Deus contritionem ad Salutem
 æternam impertivit. Item *Abraham*
 an. 2138. orat pro Sodomitis ad Do-
 minum, & *Lothum* cum suis liberum
 ab incendio impetrat. Gen. 18. * Modus
 adju-

adjurandi & jurandi per Dominum
cœli & terræ cum certis ceræmoniis
exhibetur ab *Elicere* Abrahamo ju-
rumentum deponente. Gen: 24. an:
2178. * Modus consecrandi altaria &
templa aliasque res Deo dicatas certis
ceræmoniis ostenditur à *Jacobo* eri-
gente lapidem in Bethel. Gen. 35.
an. 2305. * Idem omnium primus le-
gitur votum nuncupasse Domino Ge-
nes. 18. Ab eodem mos Epitaphia eri-
gendi defunctis exhibitus in sepul-
chro *Rachelis* matris suæ Gen: 35. an:
2306. * Item modus lugendi scissis
vestibus, & in cilicio ab eodem Jaco-
bo usurpatus, dum lugeret *Ioseph* * *Ia-
cob* moriens benedicens filiis *Ioseph*
invocato super eos non solum Deo
avi & Patris sui & suo, sed angeli eti-
am Custodis sui, nomine, qui eruit eum
de cunctis malis, prædicens in super-
fore ut invocetur nomen suum super
eos, quemadmodum *Abraham* & *Isaac*,
invocationem Sanctorum rectam &
laudabilem esse confirmat Gen. 48.
an. 2345. * Reverentiam in locis Deo
sacris

facris exhibendā esse docetur à Moyse exuente calceamenta in accessu ad rubum ardentem, quæ cæremonia multarum gentium fuit, templa sua & aras adeuntium. *Exod. 3. an. 2543.*

*S. 6. Sanctitate aut Prophe-
tia dono clari.*

Noe * Sem * Abraham * Isaac *
Iacob * Ioseph * Ioseph ex Iacobo &
Rachele natus an. mundi 2289. som-
niator non vanus principatūs sui super
fratres an. m. 2304. anno ætatis suæ
decimo quinto, venditus à fratribus
an. 2306. Domui *Putipharis* in Ægy-
pto Præfectus an. 2312. innocens in
carcerem coniectus 2316. è carcere e-
ductus & Pharaonem somniorum in-
telligentiam edocens an. 2319. Primus
à Rege constitutus an. 2320. * à fratri-
bus pro frumento largiendo rogatus
an. 2327. Patrem suum *Iacobum* cum
omnibus suis in Ægyptum adducit
ex Chanaitide 2328. eundem mortu-
um in Chanaitidē defert cum pompā
an:

an. 2345. moritur an. 2398. Decus Patriarcharum, populi Dei columen, ac firmamentum, Secretorum Dei interpretres, mundiq; Salvator, meritis suis minimè indigno elogio deprædicatus. *Loth* nepos *Abraha* ex fratre *Arano* genitus an. 2049. * *Sara* nepotis & uxor *Abrami* & Soror *Loth*, genita ex *Arano* an. 2049. * *Iob* in Idumææ & Arabiæ finibus, abnepos *Efan* natus an. 2328. ejus patientia variis modis probatur an. 2400. * post septem annorum patientiam pristino honori, sanitati, & fortunæ restituitur an. 2407. *Melchisedech* vixit circa annum mundi 2118. *

Dicitur hic sine patre & matre & genealogia esse, non quòd his caruerit, sed quòd nobis ignoti sint, utpote de cujus avis aut parentibus nulla sit mentio in Scripturâ, quæ non gentilium, qualis erat *Melchisedech*, unus ex regulis Chananæorum, teste *Dionysio*, *Epiphanio* &c. sed tantum Hebræorum gens pertexit sicut modo terræ filii dicuntur, qui obscuris & incognitis nati parentibus. Hæc *Tirinus* in Epist. Pauli ad Hebr. cap. 7. De hoc *Melchisedech* *Suidas*: Melchisedech sacerdos Dei, rex Chananæorum

nanæorum, is urbem in hoc monte condi-
dit, *Salemque* dixit, hoc est *pacificam*, in
qua cum regnasset annos 113 obiit vir ju-
stus & per omnem ætatem, Virgo. Hæc
Suidas.

Maria Soror *Moyfis* nata an:
2457. * *Aaron* Frater *Moyfis* Patre
Amramo & *lochabecha* Matre natus
an. 2461. * *Moyfes* natus, & in fiscella
expositus, atque à filia Pharaonis *A-*
menophis susceptus an. 2464. * ad Pha-
raonem missus à Domino 2543.

Tres Prophetæ hujus, ætatis sunt
Noë, *Sem*, *Heber*, & plerique ex
Sanctis supra. * *Sambetha* Sybillarum
prima, traditur fuisse nurus Noë cum
eo in diluvio servata, vaticinata est de
Christo, & regnorum mutationibus. *
Filij *Zara* in Ægypto vaticinationis
munere functi sunt; inter quos cele-
berrimus *Ethan Zaraites*, ut cui Sapi-
entiæ nomine confertur Salomon. 3.
Reg. 4.

S. 7. *Nova reperta & Ur-*
bium Natales.

I Dololatriæ initium tribuitur ab *Epi-*
phanio

phanio SARUGO sive SERUGO proavo
Abrahæ an. 1850. qui statuis & simu-
lachris exprimere incepit eos, qui aut
in honore quondam erant, aut tyran-
ni, aut aliter celebres. Unde homi-
nes novum nequitix genus excogita-
runt, ac sponte sua, inquit Epiphani-
us, *pro honestate sceleris turpitudinem sibi
adsciverunt.* Scilicet picturas & sta-
tuas naturâ suâ indifferentes ex bono
fine gratitudinis & conservandæ vi-
rorum illustrium memorix & eorum
egregia facinora imitandi causâ, ela-
boratas, & collocatas, astu Dæmonis
ad idololatriam deflexerunt, attribu-
tâ rebus inanimis divinitate *

Primus, qui Apotheosin instituit, fuit
Ninus, ut refert S. *Hieronymus*, anno
enim circiter 2000. Patris sui Beli sta-
tuam publicè collocavit, jussitque ei
quasi viventi honores deferri, ad
quam si quis confugeret, abripi non
posset ad pœnam, & esset miserorum
commune perfugium; templo dein-
de magnifico extulit, & sub titulo
Jovis, sive ut aliis placet. Saturni, va-

riis

riis Sacrificiis coluit, & facta est tanta ejus Religio, ut non solùm humanas hostias captivorum ignobiliumq; mortalium, sed & suos liberos immolarent, hinc mirum non est Baalis sivè Beli sacrificulos adeò crudeles fuisse, ut seipsi cultris ac lanceolis ritu solenni inciderent. Plerique deinde Principes Nini exemplum, aut jussi, aut ultrò volentes, imitati sunt (Princeps enim dicit Salomon in Proverb: c. 29. *amans mendacia, habet omnes ministros impios*) Dæmonibus studiosè errori deservientibus, & iis qui ad idola confugerent, obscura, quæ falsitatis convinci non possent, responsa ferentibus *

Zoroastres, idem ac Siella vivens, Bactrianorum Rex, Diodorus eum vocat Oxyartem (& solus est, qui legitur in nativitate suâ risisse) primus Magiæ & Astrologiæ, puta, judiciariæ, quæ ad magiam iter sternit, auctor infamis circa an: 2009 Chronicon Alexandrinum de illo hac narrat: Zoroastres moriturus precatus est, ut fulmine*

mine iſtus interiret, Perſisq; denunciavit,
 ubi me, inquit, caeleſtris ignis conſumpſe-
 rit, crematorum meorum offium cineres
 tollite & ſervate, nec regnum à vobis &
 hac regione tolletur, quamdiu offa mea
 cuſtodietis. Invocato ergo Orione à caeleſti
 flamma depaſtus interijt. Perſa, quod ille
 imperârat executi, reliquias cinerum il-
 lius hodieque cuſtodium. * Eſus carni-
 um eſt ante diluvium probabilis in uſu
 fuerit, tam apud juſtos quam injuſtos
 poſt diluvium tamen cum aliquâ ex-
 ceptione indulgetur, ne ſcilicet caro
 comedatur cum ſanguine an: 1657. *
 Noë omnium primus vineas planta-
 vit, eas ſcilicet vites, quæ ſparſim
 plantatæ erant, & uvas tantum ad
 eſum miniſtrabant, in unum locum
 conſitas, diligenter coluit, vinum
 que inde ad potum expreſſit an: circi-
 ter 1671. ſed & primus Noë fuit, qui
 liberalius ſeſe novo liquore polluit,
 & ex potu inexpertam ebrietatem, ex
 ea ſomnum, & ex ſomno nuditatem
 & ex hac, illuſionem à filio paſſus eſt.
 Tot malorum ſons fuit primus vini
 hau.

haustus liberalior, quanquam sine peccato factus.

Fingunt Noemum miscuisse vino & viti sanguinem quatuor animalium Simiæ, Leonis, Porci, agni; quia ex temulentia alij gesticulantur ut Simiæ, pugnaces alij sunt ut Leones? alij fædi, ut porci: mites alij & pii, velut agni.

Linguarum multiplicitas ortum habuit an: 1931. quo disiecta est suberba hominum vanitas turrim Babel ædificantium, fuitque idioma unum in 72. divisum mirâ omnium operarum perturbatione, ut in regionem suam, prout antè à Noë divisio terrarum facta erat, quisque nunc opere imperfecto ire cogeretur, unoque patrenati filij, factâ semel discordiâ vocum perpetua imposterum bella cum fratribus gerere inceperunt. Tanti est mentem inter & linguam consensus.*

Hebræa lingua quæ antea communis erat, apud *Hebrum*, (a quo nomen linguæ & populi) remansit incorrupta, eo quod neque consiliis, neque eorum operis, quibus turrim in cœlum erigere placuit, inter fuisset. Qui turrim

rim

rim ædificârunt, appellati sunt *Merope*s ob vocem divifam.

Hebræi 72. linguas 12 constituunt, quia apud Mosen totidem stirpium capita ac principes notantur. Nempè ex *Japhet* 15. ex *Cham* 30. ex *Sem* 27. Matrices autem linguæ sunt Hebraica genitrix Syriacæ, Arabicæ &c. Latina Italicæ Valachicæ, Gallicæ, Hispanicæ &c. Græca matrix Doricæ, Jonicæ, Æolicæ, Atticæ. Sclavonica Polonicæ, Bohemicæ, Moschoviticæ &c. Germanica, Helveticæ, Anglicæ, Flandricæ &c. Tartatica Turicica, Sarmacanicæ &c. Abyssina mater Æthiopicæ, Sabææ &c. Plures tamen gentes quam linguæ ex tribus filijs Noë ortum duxerunt, nam ex *Sem* & filijs ejus progressæ sunt linguæ 23. gentes autem 406. Ex *Cham* linguæ prodiêrunt 22. patriæ autem diversæ 364. Ex *Japhet* linguæ 23. ut sint numero linguæ 72. populi autem descenderunt 200. ut sint gentes universim 1000 *

Regnante Argo Græcia frugibus, uti, & aliundè allatis seminibus legetes ex agricultura habere cœpit ante 2353. Unde etiam Argus à græcis inter Deos relatus est. * *Anan* filius *Sebeon* primus invenit rationem procreandorum mulorum ex commistio-

nee

ne equi & asini. Gen. 36. * Usus
 signandi & discernendi Judæos cer-
 to signo à non Judæis incepit anno
 2506, quando *Chenephres* Rex Ægypti
 Judæos in servitute Ægyptiaca jussit
 induere syndones candidas, laneæ
 vestis usu prohibito, quo facilius in
 eos, tali à cæteris cultu distinctos Æ-
 gyptiaci desævirent, qui passim antea
 sub vestium similitudine latebant. I-
 deò qui hanc tyrannidem excogita-
 vit, primus omnium mortalium ele-
 phantia periit.

Quamvis mens hujus Tyranni tunc mala
 fuerit, res tamen ipsa in hujusmodi homi-
 nibus damnari non potest, & prudenter
 nunc usurpatur à Christianis principibus,
 ut aliquo signo quasi *Caines*, & Christi-
 cidæ notati confundantur, tum ut respici-
 cant, tum etiam ut à Christianis tanquam
 periculosi vitari possint *

Urbes Condita.

Omnium civitatum prima fuit an-
 te diluvium *Henochia* à diluvio
 autem prima *Babylon* ædificari cœpta
 cum turri sua an: 1907. * *Assuria* po-
 stea

ftea *Ninive* dicta an. 1931. * *Hebron* m
 Chananitide an: 1933. * *Mesran* te
 Chami secundo genitus ædificavit in
*Tanim** Rex *Choreus*, vel ut alij *M* ru
nen condidit. *Memphim* in Ægyptu eju
 an. 1941. * *Damascus* à servo Abrah
Damasc an: 2119. * Antiochia 2150. Et
Treverenses à *Trebeta* Nini fratre, in
 Semiramide expulso, se tunc in Gal Re
 lia Belgica conditos glorientur circ &
 an: m. 2012. * an: m. cœpit *Areop* des
gus, vicus is erat Athenis à temp Ca
 Martis sic appellatus, ubi primum Za
 dicitur capitis à senioribus duodecim mu
 actum est, inde proverbialiter diman Pro
 runt: *Areopagitâ taciturnior*, de eo qd fin
 secreti tenax est; & *Areopagitâ severi* me
 & tristior, de iudice æquo & inex min
 rabili * dic

S. 8. Scientiis illustres.

A *Braham* Astrologiam intulit
 dicitur in Ægyptum, quam vit
 gyptij plurimum excoluerunt, Gen S. 9
brardus. * *Zoroaster* horoscopus, E
 siderum motus illustravit circa an
 mu

usque ad an. mundi 2544.

51

mundi 2009. * *Joseph* somniorum intelligentiâ clarissimus, cujus insignes interpretationes extant in Genesi. Erudivit aulam Pharaonis & Seniores ejus docuit.*

Nagas Celtarum rex secundus doctissimus, publica litterarum studia instituit circa an. m. 2209. * *Druyas* Rex Celtarum quartus, disciplinarum & præfagiorum plenus, à quo *Druydes* Gallorum Sacerdotes, de quibus *Cæsar* lib. 8. Belli Gallici. * *Heman*, *Zaræ* filius nobilis Archi-musicus an. mundi circiter 2438. * *Atlas* frater *Promethæi* Astrologiæ scientiâ clarissimus, qui ided cœlum sustentare humeris fingitur 2418. * *Promethæus* homines igne sublato ex astris animâsse dicitur quia scientiâ suâ feritatem hominum, & imperitiam ad humanitatem, & ad scientiam, transfiguravit an. m. 2418.

S. 9. Bella, & bellis celebres.

EX factâ divisione terrarum ortum sumpserunt bella, propter meum

B 2 actu-

ac tuum frigidum verbum humani
 societatis rupta est concordia. Pro
 mum celebre bellum gessit Nino
 contra Zoroastrum Bactrianorum Re
 gem an: m: 2044. in quo bello Zo
 roaster magicis artibus instructissim
 cum inferos & montes pro se arma
 set, victus tamen est à Nino, & fer
 cœsus, vel ut alii, ab ipso Cœli igne
 tactus interiit, uti supra ex Chron
 Alexandrino *

Semiramis cum exercitu tredec
 centenorum millium peditum & qu
 gentorum millium equitum per B
 triam in Indiam penetrat; & quia R
 Indorum *Strabobates* magnum fec
 Elephantorum numerum adduxer
 Semiramis ne infirmior videret
 straminea elephantorum simulach
 stramine referta singulis camelis
 posuit, primumque navali certami
 in flumine Indo pugnatum est, & c
 fit Semiramidi victoria: Rex Indor
 exinde fugam simulans ultra fluv
 allicit Semiramidem, ubi reparat
 vi

viribus congregatur, & stramineis ele-
phantis verorum elephantorum im-
petum non sustinentibus ingenti stra-
ge in Assyrios bacchatur, & vulnera-
tam Semiramidem turpi fugâ ad Ba-
ctrianos repellit, Vix tertiâ exercitûs
parte evadente an: 2090 *

Abrahamus Persas, qui cum duce
Codorblahomere Pentapolitas, & inter
eos *Lothum* in servitutem abduxerant,
collectâ fervorum expeditâ manu op-
primit, prædamque & captivos glo-
riosâ adoreâ recepit an: m: 2118 *

Bellum Æthyopicum duce *Mose*
gestum, cum enim Æthyopes in Æ-
gyptum arma movissent, *Chenephres*
Moysen in aula educatum, & hacten-
us pro filio regis habitum, cum ex-
ercitu misit adversus Æthyopes, quos
ille junctis in regione Hermapolitana
adhuc centum millibus agrorum
fortiter cecidit an: m. 2494.

Opinantur historici aliqui Hebræos oc-
casione hujus belli & potentia ejus tunc
erat *Moyses*, conatos esse servituti se subdu-
cere, sed Deo aliter disponente non sic po-
tuisse *

B 3

Bel-

Bellandi quoque audaciâ famosus est Ismaël filius Abrahæ ex ancillâ *Agare. Manusejus* Gen:16. *contra omnes, & manus omnium contra ipsum* Duodecim filios principes reliquit qui omnes populis dominabantur quos sibi subegerant Ismaëlitæ, sive Saraceni & Arabes dicti, similitate perpetuam gerentes cum Isaac, & filijs promissionis *natis Secundum Scripturam* ad Gal: 4.

§. 10. Res Memorabiles

Arcæ confedit in montibus *Ararat*, qui à Græcis *Taurus* appellatur, & *Armeniam* scindunt * *Arca* ex arca egresso *Deus* renovavit legem de conjugio contra vagas libidines 2. legem de cæde non inferenda 3. legem de non comedenda carne cum sanguine * *Noë* autem præcepta addidit, quæ *Hebræi* partim præcepta naturæ, partim filiorum *Noë* appellant, & obligare etiam gentilibus scribunt hoc ordine 1. Non colere idola 2. Benedicere Deum 3. Servare

re]

re jus publicum 4. Cavere ab incestu propinquorum, alioque nefando concubitu. 5. Non fundere sanguinem humanum. 6. Non rapere. 7. Non tollere membrum de animali vivente.

Turris Babel ædificatur Gen. 11. ne mundus posthac iterum diluvio perire posset, quæ fabulæ de Gygantibus cum Jove bellantibus materiam præbuit, Moyses id potiùs factum per superbiam significat.

De hac turri S. Hieronymus arx inquit, illius urbis est turris, quæ in altitudine quatuor millia passuum tenebat, paulatim de lato in angustias coarctata, ut pondus imminens faciliùs à latioribus sustentaretur * Turrim, quidem disturbavit, Deus, sed ad ejus speciem eodem loco hominum temeritas aliam struxit, tanto artificio, ut in octonas turres assurgeret ordine sibi superpositas, quarum celsissima Bel templum habebat miro opere. Ima basis rotunda, longitudine & crassitia unius stadij *

Babylonis mœnia Semiramis condidit an. 2004. ita ut murus in latum haberet 50. cubitos, in altum 200. in
C4 ambi.

ambitu urbis Stadia quadringenta septuaginta, erat autem murus in quadrum dispositus circum urbem in laterum unoquoque, quinæ immensa, mirabilis magnitudinis portarum ostia ex ære fusa * Maritum suum Ninum tumulo supra quam dici potest regie magnificentie recordidit * Hortos pensiles mirâ arte Babylone exstruxit * Ægyptii insensendis infana mole pyramidibus occupant & premunt Jacobæos fratres

An; m. 2108. *Abrahamus* Deo benente ex Mesopotamia sive ex Chaldæorum in Chananæam proficiscitur, *Gen. 12. ut evaderet incensum idololatria.*

Ex eo quod Vr significet ignem scribit nonnulli Abrahamum à Chaldæis in ignem conjectum, illæsum evasisse conjectato in igne Arano, sed fabulam esse putat Hieronymus.

A. m; 2114. jubetur Abraham ultra riuus progredi, & in Palæstinam proficisci, quæ tunc ejus generi promissa est, dici cœpit terra promissionis.

An: m: 2138. Abraham hospitio an-
gelos excepit. * *Gen. 18.* * An: mun:
2163. tentatur Abrahamus jussus im-
molare Isaacum *Gen. 22.* * An: mun:
2283. *Jacob, Liam & Rachelem* uxores
ducit *Gen. 28.* * A: m: 2296. Jacob
fugit à *Libano Gen. 13.* * *Israëlitæ* in
Ægyptum descendunt *Gen. 46.* * An:
2399. * A: m: 2476. *Moyse* redditus
Thermuti Regis Filix à *Jachobetha*
matre ablactatus, ut deinceps in aula
positus educaretur * An: mun: 2500.
Moyse ætatis suæ anno 40. adoptio-
nem *Ægyptiacam* & regiam ejuravit,
*Hebræum*que se & dixit & gessit, in-
terfectoque *Ægyptio* fugit ad *Jethro*
in *Arabiam.* *Exod. 24.* An. m: 1514:
Circa hæc tempora quidam *Moyse*
summo otio fruentem scripsisse pu-
tant librum *Geneseos*, & alium quo
Jobi patientia exprimitur.*

S. II. *Signa & Eventus*
Tragici.

A Nno m: 1656. diluvium fit uni-
C 5 ver-

versæ terræ *Gen. 17.* * Iris quæ Signum naturale erat pluvizæ, fit Signum supernaturale diluvij non amplius futuri. An: 1657. * Fames prima quæ in Scriptura memoratur, fuit sub adventum *Abrahe* in Chananitidem n: 2114. quæ eum in Ægyptum compulit ex Haran (prevaluerat enim fames in terra) cum *Sara* uxore sua & tota substantia sua; Et Ægyptij tunc benè usi sunt Abram propter *Saram* sed & domus regia, & Rex plagis maximis percussi sunt à Domino propter *Saram*: *Gen. 12.*

Philo in hanc historiam. Erat *Abrahamo* uxor animi & corporis dotibus ornatissima, hac visâ quidam optimates Ægyptij admirati pulchritudinem, reddiderunt ad regem. Ille formâ mulieris captus voluit eâ prætextu nuptiarum perire. At illa ad divinam opem confugit tunc propitius Deus graves pœnas ac cruciatus infixit regi, ut voluptatem oblitus longè diversas curas agitaret. Regis quoque optimates eandem pœnam senti-

runt, propterea quod libidini regis assensiverant. Potuit ergo, addit Theodoretus, venator libidinosus prædâ istâ, quam intra retia continuerat, non frui, quia morbus non permittit.

Quod autem Abraham Saram suam sororem appellârit, poterat id licite, nam apud Hebræos moris est, nepotes, qui ejusdem sunt sanguinis, vocare fratres, & neptes sorores. Neque etiam opinandum est Abrahamum uxorem suam exposuisse periculo adulterij, eo fine ut vis inferretur, & sibi benè fieret propter Saram, metuens enim sibi, ne propter uxorem pulchram ab Ægyptiis occideretur, dixit sororem esse, & confidit Deo curæ illam fore.

Secunda fames fuit sub Isaaco, ob quam ille profectus est in Palæstinam Gen: 26. a. m. 2228. Fames tertia fuit sub Jacobo, quæ eum cum tota familia transtulit in Ægyptum, incipit ista fames a. m. 2327. duravitque septem annis consequentibus. Hæc fames non fuit quidem totius orbis, latissimè tamen grassabatur, Ægypto interim, confinibus alimenta necessaria suppeditante.

*Sodoma, Gomorrha, Adama, Sebo-
na* civitates Pentapoleos cum omni-
bus habitatoribus Sulphure & igne
de cælo cadente subvertuntur exceptæ
Segor ob preces *Loth*, in quam *Loth* in-
gressus est cum parvâ familia an-
m. 2138.* Uxor *Lothi* prohibita re-
spicere circumspicit & in statuam sa-
lis convertitur.*

De Statua salis, inquam conversa est
uxor *Lothi*, ita *Benjaminus* Judæus in suo
itinerario. *Constat adhuc cumulus ille salis*
qui à gregibus aliquando Lambendo immine-
rus denuò ad pristinam crescit molem qua
multò ante *Tertullianus* eleganter in ca-
mine notavit.

Ipsaque imago sibi formam sine corpore servans
Durat adhuc: etenim nudâ Statione sub æthram,
Nec pluvijs dilapsa situ, nec diruta ventis:
Quin etiam si quis mutaverit advena formam
Protinus ex sese suggestu vulnera complet.

Mare etiam Sodomiticum, quod ex lo-
co statuæ conspicitur, salum vocatur
estque tanta falsedine, ut nullum animi
nutriat, unde & mare mortuum dicitur, et
que singulare iræ Dei monumentum,
quo è cauitibus circum littora exsudat et
annum bitumen, & saxa atra apparent,
dirum spirantia fætorem, ficus palmæ
ali

aliæ arbores fructum quidem proferunt specie externâ Pulchrum, sed intus atrâ favillâ plenum.

An. m. 2308. contigit raptus Dinæ & urbis Sichimorum inde secuta vastitatis tragœdia Dina enim cum venisset ad eam atasem (sic loquitur S. Augustinus) ut amicas jam habere possot, condiscere voluit filias loci illius. Id est familiarem inire consuetudinem cum eis quâ studia & mores Sichimitarum addisceret, Sichem autem filius Hemor Hevæi, Princeps terræ illius vitam Dinam adamavit, & raptam oppressit. Volens autem mitigare illatam injuriam, eidem & Patri ejus Jacobo, & fratribus nuptias obtulit cum Dinâ contrahendas, ac per nuptias affinitatem; & utriusque etiam populi confœderationem, cui & fratres Dinæ sævam vindictam meditantes in corde suo, assensum dederunt hac posita conditione, si ritui circumcisionis Sichimitæ se subjicerent, quod etiam Sichem & Hemor populo universo persuaserunt. Sed die tertio quando gra-
visi-

visissimus vulnerum dolor est, Simeon & Levi arreptis gladijs ingressi sunt urbem, (intellige ingressos esse cum turba copiosâ familiarum & famulorum) interfectisque omnibus masculis Hemor & Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam Sororem de domo Sichem. Sicq; libido unius extincta est sanguine plurimorum.

Zelus quidem Simeonis & Levi laudatur à Juditha in lib: Judith, Cap: 9 V: 2. & 3. sed graves auctores dicunt Juditham quæ erat de tribu Simeonis putasse quidem eos divino Zelo motos esse (& hoc solum de fide est, sic existimasse Juditham) non tamen necessarium esse mulieres quamvis sanctissimas omnes Sacras historias accuratè tenuisse ac intellexisse. Videri potest *Pererius* & *Salianus*. multis autem criminibus hæc strages cumulat! quia fratres Dinæ inconsulto parente hoc facinus aggressi sunt 2. quia mendaciter & dolosè egerunt 3. quia Sacrilegè ad dolum faciendū abusi sunt Sacramento circumcisionis 4. quia barbarè occiderunt invalidos ac infirmos 5. quia pœnam intulerunt culpa majorem, cum Sichem idoneam satisfactionem obtulerit 6. quia propter unius culpam occiderunt plurimos. 7. post cædem facta

facta totius urbis direptio 8. abstractio multorum in Servitutem 9. quia Patriam totamque familiam in Summum discrimen Internecionis adduxerunt, à quo tamen Dei specialis providentia eos liberavit, metum aliquem incutiendo Sicheinitis aliisque finitimis alienigenis ut plus timerent familiam Jacobi quam formidanda erat: quia reprehensi à Jacobo culpam non agnoscere voluerunt: hanc eorum pertinaciam inculcat Pater moriturus Gen: 49. *Maledictus furor eorum quia pertinax, & Indignatio eorum, quia dura.*

An: m. 2258. in Achaia sævum diluvium Ogygium, vastatione plurimâ totius penè provinciæ fuit, quod quia *Ogygis*, qui tunc Eleusinæ conditor & Rex erat, temporibus effusum est, nomen loco ac tempori dedit* Fuit & aliud diluvium, quod dicitur *Deucalionium*, quod contigit in *Thesalia* anno 1530. *Regnante Cecrope Rege Atheniensi.*

Historiam Poëtæ solenni fabula involvunt ajunt enim immissum à Jove diluvium ad restinguendum incendium lapsu Phaëtonis excitatum: nimirum aquarum noxiam abundantiam longo tempore ingens

gens æstus ac siccitas præcellerat, unde
fabulandi origo. *Deucalion* autem pau-
los homines qui navigiis ad montem *Par-*
nassum evaserunt, benignè excepit, unde
cum *Pyrrha* uxore sua dicitur resuscitator
novorum hominum ex lapidibus projectis.

Apparitio Domini in rubo ardente
Moyfi facta A. m. 2543. * Moyfis cum
Aarone aditus ad regem, & expositio
mandati Domini de dimittendo po-
pulo, * Signorum multiplicatio &
Pharaonis induratio a. m. 2543. Moy-
fis an: 80. Aaronis an: 83. ante Christum
1520. * signa fuerunt aquæ versio in
sanguinem 2. ranarum multiplicatio
3. & schiniphes 4. Muscæ omnis ge-
neris. 5. Pestis armentorum 6. Ulcera
in corporibus 7. * Plaga grandinum
& 8. locustarum. 9. Tenebrarum im-
missa est an. 2544. quando dimissus
est populus. Et incipit ætas

tertia ab exitu populi ex

Egypto.

ÆTAS

¶ 50 50 50 50 50 50 50 50 50 50

ÆTAS MUNDI TERTIA.

Ab anno mundi 2544 usq; ad an:
2940, ante Christum 1509. Im-
perij Assyriorum 613.

AD ingressum hujus ætatis tertix
ponitur itinerarium 40. anno-
rum acta & eventus complectens, qui-
bus Dominus in manu forti populum
suum Duce Moyse per desertum dedu-
xit in terram promissionis, ut hac 40.
annorum periodo separatim præmis-
sâ, reliqua meliùs distinguantur absq;
onere lectoris. Servatur autem hic
ordo temporum secundum Hebræos,
qui annum suum civilem semper à
Thisri seu septimo mense inchoare
consueverunt. Annum autem Sacrum
auspicabuntur ab æquinoctio verno,
& Mense Nisan, sive Martis.

MENSES HEBRÆORVM SVNT.

1. *Nisan* Martius
2. *Iar* Aprilis.
3. *Siv*

3. *Sivan* Majus. 4. *Tammuz* Junius. 5. *Ab* Quintilis olim, nunc Julius. 6. *E-lul*; quondam Septilis, nunc Augustus. 7. *Thisri* September. 8. *Marchesuan* October. 9. *Cassen* November. 10. *Thebeth* December. 11. *Sebeth* Januarius. 12. *Adar* Februarius.

ITINERARIUM PEREGRINATIONIS Hebraorum in deserto.

ANno mundi 2544. Mense *Nisan* die primo qui erat feria 6. Parasceves jussit Deus, denunciari Pharaoni 10. plagam, & moneri Hebræum populum, de mutuo accipiendis vasis pretiosis ab Ægyptiis * Sabbatho, qui erat 9. Mensis denunciatur 11. Plaga Pharaoni, & monitus est populus de præparatione ad iter.

Die 10. Eligitur ac defertur in ædes agnus Paschalis mactandus & comedendus * Die 11. Accipiunt Hebræi mutuam pretiosam suppellectilem ab Ægyptiis * Die 14. Pervigilium paschæ, exterminatio fermenti, sacrificatur agnus sub vesperam & pascha

pascha inchoatur. Mediâ autem nocte occisa sunt omnia primogenita Ægyptiorum *

Die 15. Primo diluculo exeunt Israëlita ex Ægypto & pervenerunt in *Ramesse*, estq; hic dies primus, 3. azymorum * castra metati sunt in *Ethan* per biduum, quæ fuit 2. Mansio. * Die 18. quæ fuit azymorum 4. nunciatum est regi Ægyptiorum, quod fugisset populus, & collegit Copias ad persequendum eos * Die 19. Quæ fuit 5. azymorum persecuti sunt Ægyptij filios Israël * Die 20. Persequentibus Ægyptiis angustiatur populus Israël & murmurat contumeliosâ increpatione invadentes Moysen. *Forstannon erant sepulchra in Ægypto, ideò tulisti nos, ut moreremur in deserto.* Exod. 23. * Die, 21. qui erat septimus & ultimus azymorum, isque solennis, descenderunt Ægyptii ad mare præviâ columnâ ignis, intellige ad vesperam diei sextæ, in qua inchoatur dies septimus azymorum, quam subsequetur

secu-

secuta est nox, in qua apertum est mare, & transitum dedit Israëlitis, opprefit autem Ægyptios, & sepelivit ad unum omnes *

De loco transitûs Orosius, sic scribit *etiamnum tractus curruum, rotarumque orbita, non solum in litore sed etiam in profundo, quousque visus admittitur; videntur, & si fortè ad tempus vel casu vel curiositate turbantur, continuo diviniû in pristinam faciem ventis fluctibusque reparantur, ut, quisquis non docetur timore Dei pro palata Religionis studio, ira ejus transacta ultionis terreatur* Exemplo. Sic Orosius lib. 1. cap. 10. Dubium esse posset, quibus equis usus sit Pharao, junxit enim currum & omnem populum suum assumpsit secum, tulitque sexcentos currus electos, & quidquid in Ægypto curruum fuit, & Duces totius exercitûs. Quibus ergo jumentis usus est cum omnia dicantur grandinis aut pestis plagâ interiisse in Ægypto; & periisse ea, quæ in agris erant, quæ autem domi servabantur, reservata esse ad plagam decimam. Potuerunt etiam eo tempore aliunde adduci, quoniam plagæ unius minimûm anni fuerunt.

Die 22. Israëlità colligunt spolia Ægyptiorum, ex profundo scilicet maris

maris, Deus, quamprimum emergere iterum fecit suffocatos, atque ebulliente & fluitante mari in littus eijci præter naturam & consuetudinem maris, non solum ut Hebræi solito & securo gaudio fruerentur, sed ut ne etiam spolia corrumpereentur. Hinc Sapient. cap. 10. *Inimicos illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum deduxit illos.* Sic gaudio & spoliis pleni sequentibus duobus diebus ambulaverunt Israëlitæ per desertum *Sur*, & non invenerunt aquam.

Die 24. sub vesperam pervenerunt in *Mara* locum ab amaris aquis dictum, ibi murmuraverunt Israëlitæ præfati. hæc fuit quinta mansio & secunda murmuratio.

Die 25. Moyfes placat populum dulcoratis aquis.

Dominus ostendit Moyfi Lignum, quod cum misisset in aquas, versæ sunt in dulcedinem * Putant nonnulli lignum illud rude ac sylvestre, quod Deus ostendit Moyfi vim naturalem habuisse sic aquas dulcorandi; Albulensis autem & alij vim natura-

lem

lem tam parvi ligni sufficere non potuisse tantæ copię aquarum, quæ sufficeret toti exercitui & hominibus & pecoribus conferendi dulcedinem, ideoque Deum id miraculo effecisse, quod etiam probabilius est.

Populus autem mansit ad has aquas & victitavit panibus subcinericiis usque ad finem mensis, qui plenus erat & terminabatur Sabbatho. Nota: *Plenus erat mensis iste*, id est, 30. dierum, ut & alternis reliqui quinque; nam 2. 4. 6. 8. 10. 12. tantum erant 20. dierum, dependet hoc ex ratione mensium lunarium, quibus utuntur Hebræi.

Mensis secundus anni primi peregrinationis Iar sive Zio Aprilis.

Die 7. qui erat Dominicus venerunt Itraelitæ ex *Mara* in *Elim*, quæ fuit sexta mansio * manserunt autem in *Elim* ad 12. *Fontes aquarum* & 70. *palmas* (quæ statio fuit amoenissima) usque ad 12. diem * Die 12. feriâ

feriâ 5. venerunt ad mare rubrum in
locum, qui ab *Hieronymo* dicitur *lam-
suph*, estque hæc septima mansio,
manseruntque hic per biduum, feriâ
sextâ & Sabbatho; neque creden-
dum est Sabbatho columnam nubis
loco motam esse, aut iter fecisse Israë-
litas.* Die 15. quæ fuit Dominica, ve-
nerunt ad octavam mansionem in de-
serto *Sin*, ad quam usque diem popu-
lus victitans panibus subcinericijs
murmurare cœpit. Hæc fuit tertia
murmuratio *Exod; 15*. Qua concupi-
erunt carnes, & sub vesperam esitârunt
coturnices. *Factum est vespere, & as-
cendens Coturnix cooperuit castra. Ex-
od. 16*. Vento scilicet Africo ex Arabi-
co maris sinu impellente coturnices;
& credibile est non pro uno tantum
vespere sed pro pluribus coturnices
abundâsse, sicut in decima tertia
mansione etiam in tantum confluxe-
runt coturnices, ut quisque collige-
ret, quod in mensem integrum suffi-
ceret. Ergo pluribus vesperis Israë-
litæ

litæ comederunt carnes & manè saturati sunt panibus, id est, Manna quæ cum daretur Israëlitis, esset quæ instar omnis cibi, meritò illo præserte, & affatim depluente, Coturnicis suis se locis continuerunt*

Die 16. hoc primùm die datum est manna usque ad annum 40.

Fuit autem manna ros quidam, & deciderat cum rore matutino, non tamen quidum, instar guttarum roris, sed in similitudinem pruinae sivè roris concreta liquecebat, ubi sol incaluisse, neque depluebat intra vicus castrorum, ne pars illius sordes contraheret, sed in circuitu castrorum, idque tantâ copia operiebatur superficiem terræ, ut toti exercitus sufficeret, imò omnibus etiam pecoribus nam & illis porrigebatur in fœni defectu ut *Bellarminus* observat, fuitque color albo quasi semen coriandri folliculo nudati. Gustus ejus, quasi similæ cum melle, prius scilicet quam liquaretur, etiam verò saporis erat quasi panis oleati & poterat coqui vel assari, & lixari, fiebat, ut si justis fruerentur hoc panis fœporem ac gustum reperirent ejus cibi, quocumque frui vellent.

Et hic sapor ei erat adventitius ac supernatus

naturalis : improbis autem non tam quod gustum illorum malè afficeret, quàm quòd illorum voluntas esset perversa, nauseam creabat. Circa usum mannae observandum erat, ut mensura Gomer in singula Capita colligeretur, ita ut reliquiae superessent pro pecore. Gomor seu Assaron tantum continebat quantum quis etiam valde edax & robustus uno die edere possit libras scilicet octo Sic *Tirinus de mensuris Hebraorum*. 2. Qui servarat in crastinum, deprehendebat illud scatens vermibus & inutile, volebat enim Deus pendere populum à sua quotidiana providentia. Die autem sexto colligendum erat pro illo & sequenti Sabbatho.

Die 17. Reservatum Manna computruisse & vermibus scatere deprehensum est Exod: 16.

Die 20. quæ erat Parasceve, primâ vice colligunt manna in duplici mensura * Die 29. Qui fuit Dominicus, progressi sunt in *Daphca* locum mansionis nonæ.

Mensis Tertius Sivan, sive Majus.

Die 1. Feria 2. ex *Daphca* venerunt
D in A-

in Alus. * Die 2. fer. 3. De Alus in
 phidim 17. mansionem: ubi ob sit
 murmuratum est quartò, sed aqua
 petra *Horeb* productâ sedatum
 murmur. Fluxus hujus petreæ
 abundans, & perpetuus, quam
 ibi populus stetit * Rex regionis
 us, inquit *Ioseph*, Amalecitarum (en
 illi Arabiæ Petreæ populi ab *Am*
 nepote *Esau* oriundi) agrorum
 rum devastationem metuens, ex
 oppidatim juventute opposuit se
 arceret eos à transitu: itaque cum
malec die 8. Mensis hujus pugna
 est à manè usque ad vesperam, &
 Etus est Amalec Exod: 17. Moyse
Aaronem & *Hur* maritum sor
 Moyse, manibus extentis orante
 Dominum.

Die 4. Itum in vicinum *Siani*
 mansionem, quo die *Moyse* bis m
 tem ascendit ad Dominum, jubet
 que populus sanctificari in diem 3.
 legem accipiat.

Die 6. qui erat Sabbathum & P
 tes

tecoste, dies fuit datæ legis, inter tonitrua, fulmina, & ignes innocios. Vocatur hæc dies *solennitas Hebdomadarum, dies primitiarum*. A prandio hujus diei Deus Moyfi, & Moyfes populo explicat præcepta, quæ cap: 21. 22. 23. continentur. Die 7. Moyfes descriptis præceptis de nocte in libello, quem *volumen fœderis* vocat, manè ædificat altare ad radices montis, ubi sanctificatur & ascendit in montem, *Aarone*, filiis & 70. senioribus comitantibus, qui adorant Deum, & cum *Moyse* redeunt. Exod. c. 24.*

Die 8. *Moyfes* quintò ascendit in montem cum *Josue* ad accipiendas tabulas, & sex diebus ibi manent * Populus interim absente *Moyse* & *Josue* ab *Hur* & *Aarone* gubernantur *

Die 14. qui fuit Dominicus, & septimus ab ascensu in montem *Moyfes* cum *Josue* evocatur in caliginem, ubi manet usque ad 40. um diem: initio dierum illorum sumpto ab octavo hujus mensis, quo *Moyfes* cum *Josue*

D 2

ascen-

ascendit. Hic accepit, Moyses manda-
ta de Tabernaculo erigendo, & ali-
quæ habentur Exod. 25. usque ad 31.

Die 15. hic dies octavus est jejunii
quadragesimalis Moysis, quod con-
nuavit usque in alterum mensem,
pulo interim expectante.

Mensis tertius primi anni
peregrinationis, Tammuz, Junius

Circa 7. hujus mensis videns
populus longam moram Moyses
monte, *Aaronem* adit postulans
sibi Deos itineris Duces. *Aaronem*
tem cunctatur ad aliquot dies,
dens aliquantò amplius reditum
spectari. *

Die 10. impatientes moræ, & ve-
l in seditionem Hebræi congregati
adversus *Aaronem*, jubentque *sursum*
& *facere sibi Deos*. Exod. 32. à quibus
Aaron petit in aures aureas.

Die 11. detulit populus in aures
Aaronem ad vitulum conflandum
Die 12. paratur fornax & typus ex-
tra argilloso. *

Die 13. & 14. exsiccatur typus. * Die 15. aurum mittitur in fornacem, & in typum infunditur. * Die 16. refrigerato metallo apparuit vitulus, quo celeriter ab aurificibus expolito dixerunt: *hi sunt Dii tui Israël.* Quod cum audisset *Aaron* ædificavit altare coram eo, & indixit præconis voce solennitatem in sequentem diem * Die 17. quæ erat Parasceve, surgentes manè obtulerunt holocausta & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere,

Sunt qui eximere volunt *Aaronem* à gravi peccato, quod metu mortis consensum præbuerit, sed mitior hæc sententia repugnare videtur Scripturæ; sic enim ait *Moses* Deut: 9. *adversus Aaron quoque vehementer iratus Dominus, voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum.* Debuisset ergò *Aaron* gloriosam potius mortem oppetere, quàm tanto facinori consentire multo minus in erigendo altari cooperari;

Dominus revelat *Moysi* idololatriam populi, & statuit delere duræ cervicis populum; *Moses* autem Dominum tantisper placat, moxque

descendit cum *Josue*, visoque vitulo
& ludentium choris, confringit tabu-
las, conterit vitulum, corripit *Aaronem*, & operâ levitarum 23000. idolo-
latrarum occidit.*

Notat ad hoc *Lyranus* & *Abulensis*,
temerè innocij occiderentur à levitis
duplici signo idololatriæ reos notatos esse.
Primum qui inauribus carerent; Contu-
lant enim illas ad vitulum constandum.
Secundum, idquè magis infallibile signum
fuit, tumor aliquis corporis; *Moses* enim
Vitulum aureum liquefecerat, moxque
massam reductam contrivit ad pulverem
que; quem sparsit in aquas, quæ ex petra
Horeb jugi miraculo defluebant: cumque
aliam aquam quam biberent, non haberent
fecit, ut suum ipsi vitulum vel inviti bi-
berent, itaque aquas istas vituli pulve-
conspersas inflammationem reis, & languorem
intulisse, innocentibus autem fuisse innocen-
as, sicut in sacrificio Zelotypiæ aqua
marissimæ nihil innocentibus nocebat
atq; sic facile erat discernere ab invicem.

Die 18. postridie convocat *Moses*
populum & arguit, proq; impetrans
à Deo veniam ad ipsum in montem
dit, ubi perduravit alics 40. dies

junus *Deut. 9.* Et est primus hic dies
jejunii posterioris quadragesimæ in
monte à *Moyse* transactæ, & finitur
die 28. mensis sequentis; *Moyse* au-
tem orante his diebus Dominus pesti-
lentiâ percussit pro reatu vituli reli-
quias idololatrarum.

Mensis quintus primi anni
Ab. Julius.

PEr hunc mensem quiescit populus
in *Sina*: die autem 28. qui fuit
dies 40. secundi jejunii quadragesi-
mæ *Moyse*, cum jam placatus esset
Dominus populo, & recepisset eum in
gratiam, mandat *Moyse*, ut descen-
dat, & paret tabulas lapideas instar
priorum * Die 29. iterum ascendit in
montem ad accipiendas novas tabu-
las, ibique mansit aliis 40. diebus to-
tidemque noctibus jejunus *

Mensis 6. primi anni E-
lul. Augustus.

Totum hunc mensem transegit
E 4 *Moy-*

Moyses in monte cum Deo, & populus quievit.*

Mensis 7 primi anni Tisi
September.

Die 10. descendit de monte cum novis tabulis obtentâ jam veni pro populo, descendit autem facie nitente, qui splendor ei additus est. Conciliandam Æstimationem: quæ etiam retinuit ad dies vitæ: ita ut merent eum adire, nisi facie tectâ, hic finis est jejuniij tertij quadragenarum.

Die 11. fit populi congregatio a Moysse, & denuntiatur Sanctuarium fabricandum * Diebus sequentibus largitur populus ad constructionem Tabernaculi, & *Beseleel* illud fabricat & perficit spatio circiter quinque mensium.

Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatum est in donarijs 29. talentorum fuit, & 730. siclorum quæ omnia computata ad pecuniæ Gallicæ æstimationem, à *Saliano*, ingentem summam conficiunt; scilicet trecenta sexaginta quatuor

usque ad an. mundi 1940. St

ta quinque millia, quingentos & quadraginta unum aureos, & solidos 40. Argenti autem summa ascendit ad quingenta & tria millia, octingentos & quinquaginta quinque aureos cum duodecim solidis ac dimidio. Aëris quoque pondus ingens fuit, cui accessit plurima supellex gemmarum & lapidum pretiosorum. tantus quidem tunc erat universæ multitudinis ardor ad largiendum, ne liberaliores erga Dæmonem pro vitulo aureo, quàm erga Deum pro ejus sanctuario fuisse viderentur.

Mensis 8 Marchesiam, October, primi anni exitus.

Die 2. hujus mensis ferià 4. *Jethro* invisit suum generum *Moysem*: audierat enim omnia, quæ fecerat *Deus Moysi*, ideoque venit, & tulit secum *Sephoram*, quam *Moyse* proficiscens in *Ægyptum* remiserat, & duos ejus filios *Gersam* & *Eliezer*, & venit ad generum in desertum. Duxit quoque secum *Hobab* filium suum, qui patre domum redeunte remansit. Videtur autem *Jethro* mansisse cum *Moyse* usque, ad migrationem è *Sinai*.

D s Abu

Abulensis alijque docent, quod *Jethro* non fuerit factus profelytus Judæorum, nec circumcitus, ideoque ad Mosaicæ legis observationem non obligabatur, & poterat sine eam fide veri Dei, & venturæ Messiæ salvus fieri - Quod autem Hebræis ritu sacrificarit, ostendit se veri Dei cultorem; & quod sacrificaverit, tamen si a tribum Leviticam non pertineret, ostendit se jura naturæ in Deo colendo retinere voluisse. quæ sacrificia certis personis non alligantur.

Mense *Casten*, Novembri; Mense *Tevet*, Decembri; Mense *Sebat*, Januario; & Mense *Adar*, Februarii elaboratur Sanctuarium.

Annus secundus Peregrinationis.

Mense *Nisan*, die primo erectum est tabernaculum *Exod* 40. & dedicatum, & *Aaron* & filii consecrati Sacerdotes per septiduum *Exod* 29.* Die 8. *Aaron* celebrat primitias suas, quæ igne cœlitus demisso in victimas, comprobantur *Levit*. 9.* Sacerdotes filii ejus *Nadab* & *Abiu*, quia profano

no usi sunt igne, igne cœlesti extincti
sunt. *Levit. 10.* * Die 14. ad vesperam
Phase celebrârunt Judæi cum septi-
duo azymorum *Num 9.* * Blasphemus
paucis pòst diebus lapidatur. *Le-
vit. 14.* * Mense *Jiar* die 14. jubentur
Pascha celebrare, qui priore mense
legitimè impediti fuerant * Jussus fue-
rat hoc mense populus numerari ab
anno 20, & postea etiam *Levitæ* ab
anno 30. quod factum est duabus cir-
citer hebdomadis: Num: 1. & 3. &
reperi sunt Sexcenta tria millia &
550. qui annum 20 egerant.

Fuit hic census cum *Levitis* factus ad
castrametationem constituendam populi
capacem; alias tribus *Levi* non censeba-
tur, quando census propter mera civilia
fiebat.

Die 20. mensis secundi, elevante se
columnâ nubis profecti sunt de *Sinai*,
ubi toto penè anno manserunt: *lethro*
redeunte in *Madianitidem*, remanen-
te autem cum *Moyse* filio ejus * Die
23. ventum est ad *sepulchra Concupis-*
centia, 13. mansionem, versus desertum

D 6

Pha,

Pharan, ubi sextò murmurârunt de difficultatem itineris *Num: II.* sed cælesti igne sopitum est murmur; ignis enim à Domino vel cælitus emissus vel è terra excitatus devoravit extremam partem castrorum; eos scilicet qui tædio itineris è singulis tribubus consistebant. * Paulò post septimum murmur exortum est desiderio carnis, quod sedatum est coturnicibus quas mense integro esitârunt. * Inhibiti sunt 70. qui Moyfi etiam in spiritualibus adestent *Num: II. v. 2.* & initium fecerunt *Sinedrij* Judæorum. Locus iste dictus est *Sepulchra concupiscentia* quia carnem ibi concupiscentes à Deo occisi sunt, & istic sepulti.

Dubitatur autem, an peccârît populus comedendo coturnices, & sensus Doctorum plurimum est non peccâsse in comedendo, ideoque etiam pios licitè comedisse peccâsse autem in postulando, sicut etiam manna ob murmur concessum est, quod tamen bonis æquè ac malis erat in licito usu. Scribit *Severus Sulpicius* ad aliquot viginti millia ex eis, qui carnem cum murmure petierunt, & manducaverunt, & c.

crapulam usque se ingurgitaverunt, occi-
 sos esse, non alio morbo quam nimiâ fa-
 turitate*

Mense 3. die 26. migratum est in
Haseroth ad Stationem 14.* Mense 4.
 die 1. *Maria* & *Aaron* propter *Sepho-
 ram* uxorem *Moysis* Æthiopiſſam mur-
 murant.

Causa murmuris fuisse videtur præcel-
 lentia. *Sephora* siquidem deprædicans
 maritum suum summum prophetarum *Ma-
 ria* se præferre videbitur: & *Aaron* volens
 esse advocatus suæ sororis immiscuit se
 nonnihil muliebri contentioni, *num*, in-
 quiunt *per solum Moysen locutus est Dominus?*
nonne & nobis est locutus. Num: 12. ergo
 Moysè dissimulante jurgium domesticum,
 Deus causam *Moysis* suscepit, & *Mariam*
 percussit leprâ per septiduum: *Aaron* autem
 levi tantum reprehensione perstrictus est,
 quia minus peccavit.*

Die 8. sanatâ *Mariâ* ad preces Moy-
 sis & *Aaronis* itum est in *Rehma*, vo-
 catur alio nomine *Cadesbarne*, unde
 missi exploratores die post quadrage-
 simo revertuntur, & falsis criminatio-
 nibus detrahentes terræ *Chanaan*, po-
 pulum ad seditionem commovent,

Num.

Num. 13. frustra obnitentibus *Caleb*
& *Iosue*, ubi gravis iterum populi mur-
muratio.

Philo scribit exploratores illos, qui ti-
morem incusserant populo & murmuratio-
ni causam dederunt, pestilentiam subire in
loco extinctos esse unam cum populo, qui
eorum ignavia adhaesit; Caietanus insuper
divino igne coram Domini Tabernaculo
consumptos esse, effuso scilicet in eos ex
columna nubis coram omnibus incendio.

Mense 5. die 19. cum Deo non ju-
bente Hebraei pugnant contra *Ama-*
lecitas, caduntur Hebraei, & rever-
tuntur in solitudinem *Pharan*, paulo
post tendentes versus mare rubrum.
Num. 14. & *Aegyptum* repetentes, in-
rito & insano conatu, damnatique
sunt a Deo ad exilium a terra sancta
ferè ad 40. annos. Incertum ergo est,
quo mense pervenerint ad 16 mansio-
nem in *Remmophares*, ubi violator
sabbathi iussus est lapidari *Num.* 15.
Incertum etiam, quibus mensibus itum
est ad 17. mansionem in *Lebna* *Num.* 33.
inde ad 18. mansionem in *Ressa*.

Ter-

Tertio anno ventum est ad mansio-
nem 19. in *Coelatha*, ubi seditio *Core*,
Dathan & *Abiron* novas de cœlo pla-
gas accersivit *Num.* 16. terrâ scili-
cet dehiscente, & seditiosos cum ta-
bernaculis & universa substantia sua
deglutiente, Igne etiam, qui egressus
est à Domino, 250 viros incensum
offerentes, ex eis qui *Core* adhæserant,
devorante. Occasione deinde hujus
seditionis & murmurationis Virga
Aaronis floruit sola inter reliquarum
tribuum virgas

Post hæc gesta diuturnum silentium in
scriptura est, 35. circiter annorum usque
ad postremum vitæ *Moyssis* annum, nisi quod
mansionem intereâ decies ter mutârint à
mansione scilicet 19. ad 32. quæ describun-
tur *Num.* 33. Cum vix credibile sit, nihil tot
annorum spatio in tanto populo dignum
memoriâ gestum esse, judicare tamen de-
bemus *Moysem* qui non tam historicum,
quàm Prophetam egit, ea litteris mandâ-
sse, ad quæ scribenda vel Deus internè in-
citavit, vel verbo præcepit; cætera missa
fecisse, ratum, quæ hastenus ad populi in-
stitutionem scripserat sufficere; aut volu-
isse Deum tam rebellis ac impij populi me-
mo-

moriam arenis deserti cū cadaveribus sepeliri. Non tamen opinemur vagos errantesque Israëlitas interea in deserto dispersos esse; ad excurrendum enim nulla necessitas compellebat. Quòd castra mutaverint sæpius, id ob graveolentiam factum videtur in tanta hominum colluvie, ob sepulchrorum frequentiam & copiam fordidum à communi verò hominum cœtu se abstrahere insanum, ac certus erat interitus, tum quòd aqua & manna castra sequeretur, & dux itineris columna præiret, tum quòd vicini populi dispersos facillè oppressissent. Et cùm per annos 38. montem Seir circumfuisse dicantur, facile colligitur eos rectè propemodùm viâ ad mare rubrum, ut iussu fuerant, iter habuisse, ideoque non longius ad omnem cœli plagam aberrasse.

Annus 40. peregrinationis.

Die 1 mensis *Nisan* moritur Moyses soror *Maria* in deserto *Sin* vel *Sam*, in loco dicto *Cades*. *Num: 20.* & hæc est mansio 33. eratque *Maria* tunc annorum 126. Addit *Iosephus* magnificè ibidem sepultam esse sumptu publico. & menstruum in ejus morte luctum fuisse. Se.

Secundo Mense, die 13. decima ter-
tia murmuratio populi (si illa com-
putetur, quæ prima fuit in Ægypto,
cum plus gravarentur post petitam
dimissionem à Pharaone, & illa quæ
ex diffidentia servârunt manna in se-
quentem diem, & in Sabbatho colli-
gere voluerunt) hæc autem murmu-
ratio facta est ad *aquas Contradictionis* ;
Num. 20. v. 2. ubi etiam Moyses &
Aaron propter diffidentiam de aqua
eliciendâ ex filice à Domino reprehen-
si, & à terrâ sancta in pœnam exclusi
sunt * Ex eadem mansione in *Cades*
misit hoc anno *Moses* legationem
ad regem *Edom*, ut liceret populo per
medias terras illas impunè transire ,
sed repulsam passus per Moabitidem
profectus est, terminis tantum Idu-
mæ rasis, Num. 20. v. 14. nempe ca-
stra moverunt versus montem *Hor* in
finibus extremis terræ *Edom*, & hæc
fuit mansio 34.

Mense 5. die 12. mortuus est *Aaron*
Num. 33. cum esset annorum 123. &
filius

filius *Eleazar* ei suffectus, & luxit populus 30. dies *

Mense 6. insignis victoria relata est de *Arad* uno e Cananæis Regibus *Num* 16. Mox itum in *Salmona* ad 35. mansionem. * Ibi iterum murmuratio populi ex fastidio manne & tædio peregrinationis: sed ignitis serpentibus, & interitu plurimorum compefcuit eam Deus,

Igniti serpentes dicuntur tum ob exterram speciem rutilantem in modum ignis, tum etiam ob sensum doloris, quem inferebant, ut eorum morsibus corpora inflammarentur carbunculis, & ardente febre conceptâ.

His serpentibus opposuit Moyses serpentem æneum erectum, ut eo conspecto ægri sanarentur.

Itum exinde ad 37. mansionem in *Oboth*, inde fines Idumæorum egredi si fixere tentoria in finibus Moabitarum in *Iseabariim*, ubi fuit 38. mansio. * 39. mansio in *Dibongad* transito torrente & valle *Zared* juxta fluvium *Aronon*, in finibus iisdem Moabitarum
Man-

Mansio 40. in *Helmond: blathaim* Num. 33. * Trajecto deinde fluvio *Arnon* missa est legatio ad *Sehon* Regem *Amorrhæorum*, sed illo negante transitum, vi occupatæ sunt terræ illius, uti etiam Regis *Basan* Num. 21.

Ogg gygas erat 12. pedum longitudine terrificus, cujus lectus ferreus in *Rabbath* novem cubitos longitudinis & quatuor latitudinis habebat; cubitus autem unus pedem habet cum dimidio.

Mansio 41. fuit juxta montes *Abarim* è regione urbis *Nebo*. * Inde delapsi in subjectam regionem campestram dictam *Campestria*, ut ibi Duce *Iosue* transirent *Jordanem*.

Huc advolavit *Balac* Rex *Moabitaram* cum *Baalam* ariolo, ut malè diceret *Israëli*: sed is volente *Domino* pro maledictione benedixit. * Hic fornicati sunt filii *Israël* cum filiabus *Moab*, & adoraverunt *Beelphegor*, & confossus est *Zambri à Phinees* ob fornicationem in ipso scelere, uti & aliorum 24. millia deleti *Num. cap. 25.*

Numeratus est populus de novo, ut con-

constaret, cui tribui major portio terræ assignaretur. * Moyse denuntiata sua mors, & Josue Dux populi inauguratur *Num: c. 27.* * Duce *Josue* Madianitæ cæduntur, & inter illos *Baal* *Num 31.* * Tribui *Ruben* & *Gad* & dimidiæ tribui *Manasse* datur regnum cis Jordanem in possessionem *Num. 32.*

Mense II. die I. Moyse jubente Domino populo exponit Deuteronomium *Num. cap. 1.* toto mensis illius decursu. Civitates refugij decernit, *cap. 4. v. 42.* * Leges futuro regi præscribit *cap: 17.* * Fœdus Deum inter & populum renovat * *cap: 29.* * Deuteronomij librum in arcæ latere reponit *cap. 32.* * & septimo quoque, scilicet vè anno Sabbathico recurrente prælegit populo in solennitate tabernaculorum. Deinde cantico recitato *cap. 32.* & benedictione tribus singulis impertitâ *cap. 33.* terra sancta, desuper è vertice *Phasga* Angelo demonstrante, conspectâ *cap. 34.* felicissime moritur, & ab angelo ibidem sepelitur.

tur, cum esset annorum 120. * Luctus
verò Moysis tenuit populū per 30 dies.

Moysē defuncto die septimā Men-
sis duodecimi principatum populi ca-
pessit *Josue*, mittitque exploratores in
urbē *Jericho*, quibus subinitiū sequen-
tis mensis in castra reversis finito jam
luctu pro Moysē, mortuo jubetur po-
pulus parare in triduū cibaria, ut *Jor-
danē* trajciant, triduoq; exacto, tran-
seunt *Jordanem* retrò actum sicco ve-
stigio, decimā die mensis, *Josue 4. cap.*

Die 11. circumciditur populus in
Galgalis, ubi primū castra metabat-
tur, *Josue 5.* * Die 14. ad vesperam co-
meditur Phasē, cumque jam fruges
terræ sufficerent populo, desijt pluere
manna * Die 15. præcipitur *Josue* ut
jubeat circuire *Jericho* septem conti-
nuis diebus * Die 22. *Jericho* muris ad
sonitum tubarum corruentibus expu-
gnatur, & flammis absumitur; *Rahab*
autem cum omni familia sua salvatur.
* quæ nubet *Salmoni* filio *Nahasson*, un-
de genitus *Booz*. * Idem contingit
aliis

aliis civitatibus. *Propter furtum autem *Achan* in *Jericho* factum punitus populus, & cæditur ab hostibus, & lapidato prius *Achan*, *Hai Civitas* expugnatur 12. millibus hominum occisis Rege suspenso. *

Cum *Achano* ad mandatum Domini filii etiam ejus occisi sunt, vel quia conscierant sceleris, ut sic punirentur pro sua culpa, vel quia Deus supremus Dominus vitæ ac mortis, & suâ lege, quam ipse dedit, de filiis non puniendis pro patribus, solutus, vitam filijs auferre voluit, tam pœnam parentis, quàm in populi exemplum ac terrorem.

Mense 3. *Gabaonite* imponunt Hebræis *Josue* 9. die 21. Mensis tertij stetit Sol & Luna ad Imperium *Josue* pugnantis contra *Amorrhæos*, quorum Dixerant Sol & Luna, ut cerneret hostis cælum sibi Deumque adversari, & facta est cædes 5. Regum: *Josue* 10. * Secutæ deinde plurimarum urbium expugnationes, cæsiq; 12. Reges * & triennio sequente aliæ bellorum reliquæ confectæ, aliq; Reges univrsim 31. interfecti. Anno sequente facta

facta est terræ divisio per sortes, & in funiculo distributionis, ut videre est *Josue c. 23. usque ad 24.* Funiculi autem distributionis sive mensorii, quorum Scriptura meminit, non erant externi & materiales qui revera ducerentur è termino terræ Sanctæ in terminum, (hoc enim prodigii simile) fuerunt ergò geometricæ sive mathematicæ lineæ mente conceptæ, colebant enim Mathemata Israëlitarum Principes. Denique convocatis Senioribus populi & tribuum capitibus jussuque populo abijcere Deos alienos *Josue* moritur anno vitæ 119. & Israël tenet terram promissionis.

De Judæâ, quæ est *terra promissionis*, asserit *S. Hieronymus*, Parvam esse, & continere 60. milliarum (Germanica parva) in longitudine à Dan usque ad Bersabee: In latitudine 15. à Joppe ad Bethleem. Est ergò (scribit *Cornelius à Lapide*) Judæa minor, quàm Belgium; Vocatur tamen à Deo spatiosa non absolutè sed respectu terræ angustæ Gessen, ex quâ Hebræos eduxit Dominus. Secundo spatiosa erat respectu ubertatis soli, unde licet parva sit, propter ubertatem

tem tamen, innumerabilem hominū multitudinem alebat, ideo, terra vocatur *lactis & melle manans*

Circumstantias hujus profectionis obferret lector plane mirabiles I. Circumduxit enim Dominus populum per 40 annos non viā rectissimā & brevissimā versus *Gaza*, quæ *Ægypto* à septentrione cohæret, & patriarchis promissa fuerat, sed orientem versus & mare rubrum, idque per multiplices anfractus deserti: via autem rectissima à *Ramesse* primā mansione Israelis usque Hierosolymam est tantum 55. milliariū (intellige parva milliaria, nec nisi unius horæ) ut *Tirinus* notavit in sua tabula Chorographica terræ Sanctæ. Causam huius circuitus reddit *Moyfes* Exod: 13. *ne forte poeniteret eum, si vidisset adversum se bellum consurgere, & revertaretur in Ægyptum.*

II. Circumstantia valetudo firma Israelitarum. Tradunt quidem scriptores aliqui Hebræorum inimici, Israelitas *Ægypto* expulsos esse plerosque tanquam leprosos sordidos impetigine, ac planè morbidos, sed arguuntur mendacij à *Davide ps: 104. eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.*

III. Circumstantia, fuerunt divitiæ ingentes, spolia *Ægyptiorum* &c. pro comestatu manna, unde nec pecunijs indigebat cum victus & amictus non deficerent.

IV, Col

IV. Columna nubis de die, & ignis de nocte, quæ semper visa fuit populo, & castrametationum loca designavit, quando quievit, & iterum castrorum motionem, quando movebatur.

Denique circumstantia multitudinis populi ferè immensi, quanquam ex illis qui Ægypto egressi sunt terram promissam ingressi sint tantum Josue & Caleb. paucis Obiigit possessio terra sancta.

os so os so os so os so os so os so os so

§. 1. Progenitores Christi.

NAASSON filius AMINADABI tribu Juda natus a. m. 2514 sororem habuit *Elisabetham* uxorem Aaronis, princeps tribus suæ præstantissimus, primus in castrametatione, primus in solennitate dedicationis altaris; & primus in progressu è Sina.

SALMON filius NAASSON natus a. m. 2551. Duxit uxorem *Rahab* quæ exploratores accepit in *Iericho* & occultavit, quam etiam ad Deum convertit.

Neque id durum videatur habita ratione, hinc viri principis in nobilissima tribu, & inde mulieris meretricis, fortè enim fuit

fuit inferioris tantum conditionis ut
quam scriptura vocat concubinam qua
fuit *Agar ABRAHE, Zelpha & Bala* Jac
&c. de ipso conjugio *Mattheus* Evangelii
dubitare non sinit, & quatuor fœminas
signes peccatrices, ac etiam quædam pe
tiles, *Thamar, Rahab, Ruth, Beths*
recensentur in genealogia Christi, ut
notesceret non dedignatum Christum
ex peccatoribus, qui ad peccatores
vandos venerat, ita *Ambrosius & Augu*
nus.

BOOTZ primus a: m. 2611. nat
de *Salmon* jam sexagenario, genuit
Booz secundum, & *Booz* secundus
genuit tertium.

Quia incredibile videtur quatuor ho
num generationibus 440. annos, quæ
capta Jerichunte ad foundationem templi
reperiri debent, expleri, nisi filios omni
â nonagenarijs genitos dicamus, ideo pro
babilior videtur *Lyrani Saliani, Tirim*
liorumque sententia, qui in Christi gene
logia tres Boozos sibi succedentes pro
nunt (quorum duos scriptura studiose
miserit, sicut & alibi in enarrandis genera
tionibus fecisse videtur) ita ut sex genera
tionibus totum illud tempus exhauriat.
Hoc modo *Salmon* cum occupata Jerichunte
duxit *Rahab* fuit 34. annorum, &

qui post alios liberos susceptos anno vitæ
60 genuit primum *Bootz*, sic tota illa an-
norum summa usque ad fundatum templum
annis 26 minuetur. Primus genuit secun-
dum *Bootz* anno ætatis 65, secundus tertius
um, etiam circa 65, tertius autem *Bootz*, an-
no 70. *Obed*, & hic iterum anno 70. *Isai*.
His si annos vitæ *Davidis* & quatuor de re-
gno *Salomonis* addideris explebuntur 440.

BOOTZ ergo tertius ille est, qui
Elimelechi mariti *Noëmi*, ac patris *Mahalonis*
(qui fuit *Rutha*, & *Chelionis*,
qui fuit *Orpha* maritus) consangui-
neus, ac summæ vir benignitatis,
charitatis in omnes; animi modera-
tionis, justitiæ, & pietatis singularis.
Ann. mundi 2810. *Rutham* alcivit si-
bi in conjugem populo consentiente,
& benè precante ad suscitandum se-
men *Elimelechi*, aut potius filij ejus
Mahalonis, secundum legem. Ex
hoc tertio *Bootz* viro prædivite, po-
tente, & magnarum opum, ut Scrip-
tura loquitur *Ruth 2.* genitus est *Obed*.

OBED regis *Davidis* avus an: 140.
ante illius nativitatem; an. m. 2811.
& *Bootzi* 71. natus est (nec incredi-
bile

bile pro hac ætate mundi videatur
Booz genuisse Septuagenarium, mi-
 nuisse oportet ex *Aristotele* anno
 Septuagesimum terminum gene-
 tionis humanæ ab eodem consti-
 tui hoc anno igitur *Obed* genitus plausi-
 attulit Noëmi, & omnium concin-
 um publicam gratulationem *Ruth*.
 Dicitur fuit *Obed* & non *Mabalon*
 patre Idolorum cultore; *Obed* enim
 significat *Servum & operarium*. *Ruth*
 enim ad veri Dei cultum conversa
 vos iustitiæ & operarios vitæ æternæ
 genuit.

ISAI sive JESSE filius *Obed* & *Sarah*
 ter *Davidis* natus an: m. 2880. in
 Bethleemitas vir primarius: Obli-
 vans legis & rectus. Ter felix patre
 multiplici prole, sed octavâ & postea
 mâ, felicissimus in *Davidis*, per quem
 scilicet Regum multorum parens
 factus: quem Regno gentis suæ
 auguratum vidit: Regem, qui omni-
 bus Regibus cunctis retro sæculi
 Sceptra tenentibus longè antecellit.

ret. Obiit *Isai* an. m. 2974. in Moabiturum Regione, quò *David* ut se & amantissimos parentes suos, ac fratres furori *Sauli* subduceret jussu Domini migraverat; qui etiam utrique parenti mortem sanctè obeunti cum fratrum coronâ fideliter adstitit, & exequiis ultimò honoravit.

Familia Isai & fratres Davidis.

OBED filius *Booz* ex *Ruth*, genuit *JONATHAN* & *ISAI*: fuit ergo *Jonathan* patruus *Davidis*, & filius *Jonathan* dictus *Eleazarus* fuit patruelis, & unus de tribus fortissimis *Davidis* 2. Reg. 23.

Filij Isai octo & dua filia.

I. *ELIAB* sive *ELIA* princeps & tribunus in *Judâ*. Reperitur ejus filia, vel melius Neptis *Abihail*, quæ aâis 90. post nupsit *Roamo*, ex quo suscepit, *Iehus*: *Someriam*: *Zoom*.

II. *AMINADAB* vel *ABINADAB*. hujus tota posteritas obscura & in cognita &c.

III. *SAMMA*, etiam *SEMMAA*, vel *SAMMAA*, aut *SIMAA* dictus, hujus filij tres sunt *Jonathan* vir fortissimus, qui in traditione

E 1

He-

Hebræorū dicitur *Nathan*. *Ionadab* vir cal-
 dus. *Iohel*.

IV. *NATHANAEL*, qui in Scriptura p-
 steritatem non habet.

V. *RADDAI*, dictus à septuaginta *Rad*
 hujus quoque ignoti sunt posterii.

VI. *ASOM* posteritas illius ignota.

VII. *ANONYMUS*, in Scriptura quide
 septimus appellatur *David* 1. paral: 2.
 15. sed secundum eandem Scripturam 1. re
 16. & 17. verè *David* Octavus est.

VIII. *DAVID*, de cujus filiis alibi.

Filiæ *Isai* fuerunt duæ I. *SARVIA* qu
 genuit ex *Suri* filios: *Abisai* percussor
 Idumæorum: *Ioabum* Principem militum
Davidis: & *Banajam* jussu *Salamonis* occi-
 sum, II. filia fuit *ABIGAIL*. quæ ex *Ieda*
 Ismaëlita, qui etiam dictus est *Iezbra*, genuit
Amasam, quem *Absolon* fecit principem
 exercitus pro *Joab* & postea à *Joab* proci-
 dè interfectus est ex invidia.

§. 2. Pontifices Hebræorum

I. **A** ARON *Amran* & *Iochabeta*
 lius frater *Moyfis* & apud *Ph*
 raonem ac populum Hebræum inter
 pres & prodigiorum socius 83. an
 nis in durissima servitute exantlat
 Pontifex legis *Mosaicæ* primus jubet

te Domino, solennitate magna ac multis ceremoniis initiatus est A. m. 2545. vitæ 85. in secundo anno exitus ex Ægypto. Pontificatum autem ejus legitimum ac sanctum fuisse cœlestibus signis probavit Dominus, tum igne cœlesti Sacrificia ab *Aarone* oblata absumente, tum etiam Virgâ *Aaronis* Solâ florente & fructus ferente inter omnes virgas omnium tribuum Israël. In vitulo aureo ita per infirmitatem peccavit, ut culpâ insigni animi demissione ac dolore expiatâ, destinatum sibi familiæque suæ Pontificatum nihilominus obtinuerit. Præstanti animi constantiâ geminos filios ætate ac dignitate florentes divino absumptos incendio fortiter ac tacitus tulit, eademque, fortitudine mortis suæ nuncium accepit.

Ita Dominus voluit initiare *Aaronem*, ut perpetuus in ejus posteritate maneret supremus pontificatus *Exod. 28*, sicque permansit usque ad tempora Regum Syriæ, post reversionem ex Babylone: quo tempore pontificatus lapsus rebus ad alias familias

E 4

miliis

militas leviticas quidem, sed non ab An-
no fluentes regum voluntate & beneficio
est traductus. Quin etiam ita fuit perpetuus:
ut tamdiu quisque teneret, donec
vita suppeditaret, postea Græcorum
regum arbitrio de anno in annum tribui
coactus est; initio etiam pontificatus tantum
supra rerum sacrarum procuracionem
extendebat, postmodum autem pontificatus
cum principali ac regia quoque potestate
conjunctus est, ut essent simul pontifices
& reges, quibus amotis, demum
factus est Christus simul & rex & pontifex
perpetuum.

II. ELEAZER eodem die factus
est patri, ut videre est Num. 10.
v. 25. & Deuteron: 10. v. 6.

Modus sufficiens hic fuit, cum iuberet
Domino Aaron Moyse fratre & Eleazar
filio comite, egressus esset de Castris omnibus
pontificiis ornamentis indutus, & accessisset
ad montem Hor, Moyse nudavit patrem
veste suâ, induitque Eleazarum filium
ejus, fuitque hæc consolatio, non levis
penitentia, quod tametsi in pœnam incredulitatis
sue ante ingressum in terram sanctam
deberet, videret nihilominus veste & dignitate
sua ornatum filium suum primogenitum
post se relinqui an. m: 2583. pontificatus 38. Eleazar autem obiit An. 2600.

III. PHINEES filius ELEAZARI
successit an: 2601. juxta mandatum
Domini; eamque dignitatem uti ab
avo & patre didicerat, laudabiliter
administravit annis circiter 40, à for-
titudine Zeloque divini honoris plu-
rimùm commendatus in Scriptura.
Obiit ætatis an: 87. an. m. 2640.

IV. ABISUE filius PHINEIS Pon-
tifex factus an. m. 2641. mortuus an:
m. 2696. *

V. BUGUIS sive Bocci, filius A-
BISUI factus Pontifex an. m. 2696.
mortuus an. m. 2720. *

VI. OZI filius Bocci Pontifex fa-
ctus a. m. 2720. mortuus a. m. 2760. *

Horum Pontificum meminit tantùm Jo-
sephus lib: antiq: 5. c. ult. postque istos
ponit Heli-Rainaudus verò & Salianus a-
lijque, quatuor ad huc interserunt, idque
conformius scripturæ videtur.

VII. ZARAIAS filius Ozi Ponti-
ficatum suscepit a. m. 2760. mortuus
an: m. 2800. *

VIII. MERAIOTUS filius ZARA-
IÆ suscepit pontificatum a: m. 2800.
tenuit usq; ad annum 2833. XI.

IX. AMARIAS filius Merahoti
anno mundi 2844. tenuit ad annu
m; 2880*

X. ACHITOBUS pontifex factus
an: m: 2880. mortuus a: m: 2899. *

Ab *Achitobi* morte dignitas pontificia
familiam *Ishamoyis* filij quidem *Aaronis*,
non primogeniti translata est; Ex *Ishamoyis*
autem fuit *Heli*, qui sequitur *Achitobum*.
Causa hujus translationis putatur
inertia in rebus sacris administrandis,
de jubente Domino translata fuerit
dignitas ad familiam alteram, secundigeni
ti *Aaronis*.

XI. HELI pontifex simul & Judex
vide Judices.

XXX. Judices.

Qui primam Hebræorum rempublicam
Aristocratiam scilicet gesserant, et
duplicem potestatem ducendi & judicandi
haberent, tamen non à Ducatu duces,
à judicio tanquam parte potiore vocati
sunt judices, id est homines condemnandi
atque absolvendi potestatem ex lege habentes,
nec principatus iste fuit hereditarius
sed populi studijs delatus, propter
fortis judicatus à Deo fuit, quod iis verbum
expressum est: *Deus suscitavit eis salvatorem*

Quare nec semper in eadem familia, nec in eadem tribu semper fuit. Cum autem scriptum est, Deum hunc vel illum Salvatorem suscitasse, intellige, quod Deus mentem populo injecerit ad hunc vel illum eligendum. 2. Non habebant iudices jus liberum, sicut reges, vitæ & necis, sed legitimum ex legum præscripto. 3. Bella gendi potestatem non habebant, sicut reges sed prout à Domino suscitabantur, aut à populo vocabantur. 4. Tributa populo non imponebant sicut reges. 5. Liber erat populus in eligendo, ut uno defuncto alium eligeret, aut non eligeret: hinc multi anni subinde inter iudices interjecti sunt. 6. Non habebant jus legum condendarum. 7. Non utebantur insignibus regijs, sceptro aut coronâ.

Duravit hic principatus usque dum populus superbus regem sibi deposceret. Historici variant in nominando primo iudice; *Genebrardus* primum constituit *Moysem*, 2. *Iosue*, 3. *Othonielem*; ab alijs autem primus appellatur *Othoniel*. Certum tamen esto, tum *Moysem*, tum *Iosue* reverà fuisse iudices, seorsim tamen poni, quia *Moyse* simul legislator fuit; *Iosue* autem quasi pater, acquisite, & distributor sanctæ hereditatis. Incipimus hic post *Moysem* à *Iosua*.

MOYSES legislator post Dei filium

E 6

nobi.

nobilissimus in populo Hebræo
 tribu *Levi* ex *Amrano* & *lochabe*
 in Ægypto natus a: m: 2464. ex abij
 & o infantulo in filium regis assump
 tus, & in Spem imperij educatus, se
 alternante fortunà exul & profuga
 mutatus in pastorem ovium, uxore
 liberis auctus, donec electus & eve
 catus à Deo, ut fieret terror regis po
 tentissimi, & quasi DEUS illius, re
 ftator Ægypti; marium patefactus
 eremicus, & solitudinum: popu
 innumerabilis moderator; prodigi
 rum Patrator: virtutum prodigium
 carus ac jucundus comes Angelorum
 Deum inter & populum mediator
 Deiq; familiarissimus ac intimus. Pri
 mis annis versatus in aula castè at
 git delicias regum, in media vita co
 poris labores fortiter pertulit, in ter
 tia vitæ periodo tantas curas in er
 mo sustinuit, quantas improbissime
 populus inferre potuit. Mortuus est
 trans *Jordanem* in monte *Nebo* in ves
 tice *Phasga*, mentis corporisque fec
 sibi

fibus integer, & Angelico ministerio
ibidem sepultus anno ætatis 120. exi-
tus Hebræorum & gubernationis 40:
a: m: 2583. ante ortum Christi Domi-
ni 1470.

Sepulchrum Moyſis ignotum est, tam-
etsi enim adſtiterint morienti Moyſi *Elea-
karius* aliique principes populi, viderintq;
corpus mortui manibus non mortalium,
sed immortalium virtutum in aëra elevari,
atque ad vallem terræ *Moab* contra *Phogor*,
id est, in loco qui situs est inter montem
Abarim & locum idoli, cui Israël litavit,
transferri, nube tamen operiente spatium
illius vallis non viderunt locum determina-
tum; Sic *Caictanus* conformiter *Philoni* &
Iosapho. Voluit autem Deus absconditum se-
pulchrum tanti Prophetæ, & voluit simul
ut viderent Hebræi sepultum esse in aliquo
loco, ne putarent in cælum delatum esse
tanquam Deum, & simul ne circa cadaver
demortui idololatriam committerent.

I. JOSUE Anno m. 2491. Avo *E-
lisamo* Ephraimitarum omnium prin-
cipe & Patre *Nun* sive *Nave*. Vir ab
Ecclesiastico & Scriptoribus memora-
tissimus, in circumcisione sua primùm
vocatus *Osee*, postea missus à *Moyse*
ad

ad explorandam terram sanctam d
 ctus *Josue*, Vir in quo virtutes omni
 ex æquo certârunt; Vir belli & pa
 cis artibus laudatissimus, annis 51
 bella Domini tantâ felicitate contra
 barbaras gentes gessit, ut regum pro
 fanorum 31. devictos & terræ affli
 ctos pedibus conculcârît, & exigent
 Numine in crucem egerit. Hoc cir
 cumeunte *Jerichuntis* mœnia concide
 runt. Mirabilium patrator, cujus im
 perio *Jordanus* recurrit in caput suum
 Sol constitit & Luna non festinavit
 occumbere, Deus ipse ad tantum pro
 digium voci *Josue* obtemperavit. An
 nos in *Ægypto* egit 53. in desertis *Ab
 rabiæ* locis 40, in *Chananitide* 17, in
 qua diem clausit extremum anno æ
 tatis 110. an. m. 2600.

II. OTHONIEL Judex Hebræo
 rum (ut quidam volunt primus) ex
 tribu *Juda*, suscitatus à Domino post
Josue an. m. 2600. Vir magnanimus
 ac Spiritu eminentioris Sapientiæ,
 Consilij, fortitudinis, & pietatis inf
 gnâ

gnis, liberator populi ex octenni ser-
vitate, sub *Cusano* Rege Mesopotamiæ
toleratâ, restitutor divini cultûs, &
destructor idolorum, quibus populus
addictus erat. Obiit expletis 40. an-
nis à morte *Josue* anno vitæ circiter
100. an. m. 2640.

III. AOD ex tribu *Ephraim* suc-
cessit *Oihonieli* a. m. 2640. mortuo au-
tem *Oihonielle* & *Aodo* judicante ite-
rùm *Filij Israël* adiderunt *facere mala*
in conspectu Domini privatim publice-
què idola colentes. Rempubicam
tamen sine ulla nota reprehensionis
sed sanctè administravit *Aodus* per
80. annos, ut Christum Dominum
non paucis in rebus præfigurârit. O-
biit a. m. 2720.

IV. BARACH ex tribu *Nephtali*
cum *DEBORÂ* prophetissa ex tribu
Ephraim judicare cœpit a. m. 2721,
additur autem cum *Baraco*, *Debora*,
non quòd judex illa verè fuerit, sed
quod Prophetis esset, quæ responsa
divinitus dabat consulenti populo,
uxor

uxor autem erat *Lapidoth*, & probabiliter vidua, quando per eum Dominus arguere & consolari populum dignatus est. *Debora* ergo Consilio Prophetiâ, & auctoritate apud *Barac* cum ulâ, judicis directrix & adiutor fuit; *Barac* autem Princeps ac iudex *Sisara* domitor & populi fuit liberator, eodemque ferè tempore cum *Debora* mortuus circa an. m. 2760. Laudatorem habet *Apostolum Hebr. II.* quæ eum nominatim a numerat sanctis viris.

V. GEDEON suscitatus à Domino per Angelum an. m. 2768. cum octiduum jam annis populus sub servitute Medianitarum premeretur. Vir teste Angelo fortissimus virorum, Bellator admirabilis, complosione hydriarum & lampadum fulgore hostium terroris strages; cujus auspicijs quatuor reges devicti & penitus deleti; ad cuius arbitrium vellus & tellus alternatim maduerunt, felix parens, qui 70. liberos genuit, sed infelix, qui eosdem horribili scelere nequissimi filij super unum

unum lapidem jugulatos amisit. Liberator populi & restaurator pietatis ac religionis. Obijt a. m: 2800. in senectute bona, *laudatus ab Apostolo, à S. Augustino*, alijsque inter sanctos viros celebratus.

Gedeon non fuit vir de plebe quispiam, quanquam veniente Angelo triticum ipse excuteret, & purgaret frumenta in torculari, hoc enim tempori & necessitati tribuendum est: ut scilicet communi omnium domesticorum continentique diligentia hostium adventus, à quibus omnia vastabantur, præverteretur. Unde etiam latenter non in areâ, sed in torculari fruges excutiebat, ut se quam primum ad montes & speluncas veniente hoste reciperent.

VI. ABIMELECH filius GEDEONIS ac perditissimus tyrannus non Judex, qui per summam crudelitatem cæsis 68. fratribus tyrannidem invasit, *Sichimitis* eligentibus & ambitioni assentientibus a. m: 2801. ut habetur Jud: 8. contra loquente *Ioathamo*, & Deo immitente Spiritum pessimum inter *Abimelech* & habitatores *Sichem*, quo & ipsi *Sichimita* castigati sunt ab *Abime.*

Abimelecho, & *Abimelech* in obfessio-
arcis Thebes à muliere fragmine mi-
 læ dejecto extinctus pœnas luit ann
 mundi 2803.

VII. THOLA ex tribu *Issachar*
 m. 2804. electus à populo. Filius fuit
Phua, Gedeonis; *Thola* verò *Abime-
 lechi* patruelis, de hoc nulla rerum ge-
 starum mentio, unde à *Josepho* plac-
 omiffus, & videtur idololatria sub
Thola perseverasse in populo, cum
 nullibi sublata memoretur. Decessit
 principatu & vitâ a. m. 2826.

VIII. JAIR GALAAD ex tribu *Ma-
 nasse* trans Jordanem an. m. 2827. ele-
 ctus per communia populi Suffra-
 gia, idque ad evitandas turbas pro
 principatu, quales excitaverat *Abi-
 melech*, cœpitque administrare Rem-
 publicam in magna rerum affluentia,
 & numerosa familia, quippè qui 30.
 filios habuit multis inequitantes, &
 totidem oppidorum moderatores in
Galaatidite trans Jordanem, qui tamen
Jairo generali Gubernatori totius po-
 puli

puli suberant. Sub hoc populus ser-
 viit Ammonitis & Philistæis, mortu-
 us est mærore fortè quam annis gra-
 vior; Rempubicam enim penè pro-
 stratam reliquit a. m. 2848.

IX. JEPHTE postulatus à populo
 & non absq̄ue objurgatione consen-
 tiens postulationi an. m. 2849. cum
 durissima esset servitus Israël sub
 jugo Ammonitarum, & ipse in terra
Job non inglorius prædas ageret. Ce-
 leberrimus est à voto de filia immo-
 landa, si victoriam ab Ammonitis re-
 portaret, & simul à victoria, quæ vo-
 tum consecuta est, voti que executio-
 ne. Judicavit annis 6. mortuus anno
 mundi 2854.

Voti, quod fecit *Jephthe*, æquitas ambi-
 gua est gravibus auctoribus; videtur autem
 mitior sententia amplectenda existimanti-
 um, rem totam singulari Dei inspiratione
 susceptam & perfectam esse. Favet au-
 ctoritas *S. Hieronymi* epist: 34. ad Jul: ita
 Scribentis: *Jephthe* obtulit Virginem filiam,
 & idcirco in enumeratione Sanctorum ab
 Apostolo ponitur. Si qui Ss. PP. Contra-
 rium, sentiunt, loquuntur de voto, si spon-
 te

te propriâ & non divinâ inspiratione
ctum fuisset.

Sit tamen ut ut sit, licitumne an illicitum fuerit votum, & executio illius, hic men locum habet illud *Mercurij Trismegisti ad Staium* apud *Stobæum* Sermone de veritate. *Inter homines inquit tres excusantur causa, propter quos pollicita violant, & non tenentur. Aut enim Statim à principio quædam aliquid per fraudem dicit, aut ejus quod dixit postea ipsum pœnitet, aut ad perficiendum invalidus est factus. Ex his primum prava voluntatis, Alterum imbecillis iudicium, tertium infirma facultatis.*

Novi Hebræi, ne à *Iephtade* immolatio typus duceretur filij Dei à patre sacrificium excogitaverunt interpretationem, dixeruntque *Iephten* filiam suam non immolasse, sed perpetuò duntaxat virginitati consecrâsse, itaque civili morte affecisse, quibus contrarium docent veteres Hebræi cum *Josepho*, & plerisque Ss. Patribus.

X. ABESAN (quem *Eusebius* HEBERONEM ex oppido *Bethleem* nominat) electus an. m. 2855. à Scriptura dicitur genuisse 30. filios & 30. filias ex pluribus scilicet uxoribus, licet illa tempora permittebant. Est autem quibus cum 30. generos totidemque

nur

nurus sibi adscivisset, probabile est propter tam amplam cognationem electum fuisse. Præsertim cum vir esset, bonus ac justus, & potens ad populum in verò Dei cultu, ad quem ab idolis redierat, tum hortatu, tum vitæ exemplo conservandum. 7. annis judicavit Israël, & mortuus est a. m. 2861. sepultusque in Bethleem.

XI. ACHIALON vel HELON *Zabulonites* suffectus a. m. 2862. Hic pacem cum Philistæis retinuit, tributum ei reddens, quod antecessor ejus inceperat. Obiit an: m. 2871.

XII. ABDON dictus ab aliis LABDON, filius ILLELIS ex tribu Ephraim, electus a. m. 2872. Numerosam ejus prolem Scriptura memorat, nempe 40. filios, & 30. ex eis nepotes, scilicet qui vivo ad huc avo nati sunt, jamque adulti, ut equitarent omnes, inquit Scriptura: plures autem habuisse post se ex tot filiis non dubium est. 8. annis judicavit, & mortuus est a. m. 2877. ac magnificè sepultus, ut

ut ait *Josephus*, in *Pharaton*, filion
scilicet ac nepotum turbâ Magna
centiam adornante.

XIII. SAMSON successit Am
NI; probabiliter autem à popo
modò electus an. m. 2882. Mille
prodigiis inclytus; prodigio en
fuit ab Angelo denuntiatus, à Ste
matre conceptus, & natus ad popo
libertatem, prodigiosè roboratu
Domino *Leonem* discerpit, trigint
Asehalonitas suis manibus trucidav
incendiariis vulpibus in hostili
deflagrationem sparsit, maxillâ
millenos hostes fudit, ex eadem
aquam prodigiosam elicuit, prodigi
valvas dejecit *Gazans*, & transtul
rudentes & bubulos nervos septu
disrupit, ut fila araneorum. Sed h
ac tam prodigiosa virtus ab imbel
muliercula demùm prostrata est; br
vi tamen novo prodigio iterùm su
crescentes vires cum capillo recep
ac ingentes columnas, cui multa m
lia virorum insederant, cum univer

Dagonis templo cæco labore in præ-
ceps deiecit, suisque immoriens tro-
phæis hostem simul ac populi servi-
tutem eodem sepulchro conclusit An.
m. 2899. cum iudicasset ac pro liber-
tate populi certasset 20. annos.

Samsonem absque peccato mortem sibi
accerivisse plerique Ss. PP. tradidère. Et
S. Augustinus ait Spiritum, qui per illum mi-
racula patrabat, hoc latenter iussisse; &
quod bene à doctis observatur, *Samson* non
sibi manus intulit, nec inferre voluit, sed
Philistæis, ex accidente autem factum est,
ut eos occidens ipse non evaderet, sed in
ruina involveretur, vitam suam divinæ glo-
riæ ac libertati consecrans

Dubium tamen non est, *Samsonem* sæpi-
us accedendo ad meretricem, & libidini
indulgento graviter peccasse, sed oculis
jam orbatus, illusus, cæsus; pessimeque
ab hostibus vexatus & afflictus, justam
Dei in se animadversionem agnovit. pœni-
tentiam egit divinam misericordiam itera-
to imploravit, vincula carcerem, pistri-
um, cæcitatem & similia cum magna in Chri-
stum fide, quam *Paulus* ipse prædicat, in
satisfactionem, & obtinendam veniam
Deo obtulit, sicque in ordinem Nazaræi
internamque gratiam restitutus & justus
factus est. XIV.

XIV. HELI AARONIS non ex ELOAZARO, sed ITHAMARE filius, fuit Pontifex & Judex electus an: m. 2901. Fortè conjuncta est illi utraq; dignitas, quia prostratis jam Philistæis, ceterisque populis quiescentibus, opus non videbatur viro bellatore ad rem publicam gerendam. Infelix fuit qui & filios suos, quorum culpas apprehendere & noxios contristare noluerat, perdidit unâ eademq; stratagemâ quâ arca capta à Philistæis, & 3000 milia de populo occisa, & Sacerdos cuius abusum permiserat, ac vitâ suâ subitaneo in terram lapsu de se spoliatus est an: m. 2939. Ut discat orbis à Deo filiorum noxas puniri in patre, & principium delicta castigari in populo.

Filij Heli *Ophni* & *Phinees* à *Gregorio Magno* alijsq; PP. in reproborum exemplum ponuntur, Itaq; de eorum salute æternâ actum videtur; mitius autem de patre Heli judicant, ut qui culpam reprehensus non novit, pœnitentiam egit, divinæque voluntati acquievit, denunciatam pœnitentiam temporalem humiliter expectans atq; suscipiens de manu Domini.

XV. SAMUEL Judicum postre-
 mus ad initium quartæ ætatis, à Pa-
 tre *Elcana* & matre *Anna* à Deo ex-
 oratus, & mundo natus an: m. 2901.
 apud *Heli* educatus, ac post illum Ju-
 dex electus an: m. 2940, ætatis anno
 circiter 40, cum jam filios procreâs-
 set *Joëlem* & *Abiam*. Fuit hic *Sa-
 muel* familiâ Levita, privilegio Pon-
 tificis, Prophetæ scientiâ, Judex digni-
 tate: cujus ad nutum cœlum tonuit,
 & imbres dedit, ac hostibus conteren-
 dis grandines. Pro peccatoribus De-
 um exoravit, Prophetarum filios ad
 pietatem informavit, & prius vivendi
 quàm benè merendi de omnibus fi-
 nem fecit. Vixit in solo Magistratu
 annos 22. translato deinde in *Saulem*
 imperio 16. annos, universim autem
 88. E vivis abiit ante Christum, quem
 præclare adumbravit a: 1076.

Samuel origine Pontifex esse non pote-
 rat, à plerisque tamen Ss PP. extraordi-
 narius Sacerdos appellatur. Et S. Hiero-
 nymus vult Samuelem divino privilegio
 sacerdotem factum esse, qui & Sacerdoti

F

suc-

successerit, & hostias obtulerit; sicut
 lus extra ordinem factus est Apostolu
 sic interpretari licet Ss. PP. qui Sann
 Sacerdotem vel Pontificem dixerunt.

S. 4. *Monarcha Assy*

Ab anno 2544. ad annum 2944.

XVIII. **A**MYNTAS ab an:
 2575. usque ad 2600.

XIX. BELOCHUS regnavit cu
 lia sua *Atossa*, quæ & *Semiram*
 cunda appellatur ab anno 2600

ad 2645. * XX. BALUATOR
 lijs BEI. LEPARES ab an: 2645

ad 2674. * XXI. LAMPRI
 an: 2675. usque 2708. * XXII.

SARES ab an: 2708. usque 2730

XXIII. LAMPARES ab an: 2730
 que ad 2757. * XXIV. PANYAS

an: 2757. usque 2802. * XXV.
 SARMUS ab an: 2802 usque 2820

XXVI. MITRÆUS ab an: 2820
 que 2848. * XXVII. TEUTAN

ab an: 2848. ad 2880. * XXVIII.
 TAUTÆUS ab an: 2881. ad 2910

XXIX. TYNÆUS ab an: 2910
 2950. *

Omnium istorum Regum gesta altissimo silentio sepulta sunt

S. 5. Ortus & occasus. Regnorū ac principatum.

REGNUM, ET REGES ITALIÆ.

Ortum suum habuit regnum latinorum circa an. m. 2721. ante Christum, 1332. Variis nominibus à variis regibus appellatum.

I. Rex Janus, bifrons ideo depictus ab antiquitate fabulosâ, quia divino honore colebatur initio anni, quasi respiciens finem præteriti & initium futuri. Fabula involvit summam hujus Regis prudentiam, quæ respicit præterita & considerat futura.

II. Saturnus, natus in Creta regnum Italiæ capeffivit, & ex eo, quod stercoreare agros primus docuerit, dictus est *stertes*, & Itali dicti *Stercoriani*, postea Saturnini. Inde etiam *aurea Saturni sacula*, quod ipso regnante terra in pace coleretur, & fructus abundantes ferret.*



III. *Picus* Saturni filius, primus
Rex Laurentinus, bellator egregius
& augur, *

IV. *Faunus*, * V. *Latinus*, unde no-
men *Latium* * VI. *Aeneas* post Trojam
an. 1871. captam & dirutam à Grecis

VII. *Ascanius* ÆNÆ ex CREUSA
filius circa an: m: 2880. ante Christum
1173. qui relicto postea novercæ suæ
regno *Lavinij* *Albam Longam* condi-
dit, & *Sylvium* Posthumum fratrem
suum *Anea* ex *Lavinia* filium summi
pietate educavit. Rex Albanorum
dictus est & posterius ejus Albani. *

VIII. *Sylvius*, Posthumus. * *Ascanius*
Julium Sylvium procreavit, à quo familia
Juliorum orta est, & omnes Albanorum re-
ges *Sylvij* vocati sunt. Propter Ætatem
parvuli, quæ necdum regendis civibus
donea erat, *Sylvium* Posthumum fratrem
suum regni hæredem reliquit. *

IX. *Aneas Sylvius*, sic dictus, quod
plurimum venationi deditus. * X. *La-
tinus* 2. * XI. *Alba Sylvius* *Sylvij* *Anea*
filius. * XII. *Sylvius* *Atys* ALBÆ super-
ioris regis filius. * XIII. *Cappys* filius
ATYS

ATYS. * XIV. *Calpetus* filius *CAPIS*. *
XV. *Tiberinus* *CALPETI* filius, in *Ti-*
beri submersus, à quo fluvius appella-
tus est *Tiber*, qui prius *Albula* appel-
labatur. *

XVI. *Agrippa* vixit cum *Iosaphat*
Circa a. m. 3123, * XVII. *Alladius*, ut
Raynaudus, sive ut *Eusebius*, *Sylvius*,
Aremudus vel *Remulus* *AGRIPPÆ* fi-
lius, præsidium *Albanorum* inter
montes ubi nunc *Roma* est, posuit, qui
postea fulmine tactus interiit. *

XVIII. *Aventinus* *REMULI* filius na-
tu major in eo monte, qui nunc pars
urbis est, mortuus & sepultus, æter-
num loco vocabulum dedit. * XIX.

Procas vel *Prothas* *Sylvius*, filius *AVEN-*
TINI regnavit tempore *Ozia* regis
Judæ circa a. m. 3229. ante Christum
824. * XX. *Amulius* *Sylvius*. Hic *Nu-*
mitorem, *Proca* fratrem regno expu-
lit, filiam ejus *Rheam*, ut ipem pro-
lis præscinderet, virginem *Vestalem*
esse coëgit.

Rhea cum septimo Patru sui anno gemi-
nos edidisset infantes, egissetque contra
legem

legem, in pœnam viva defossa est. Parvulos autem propè ripam Tiberis exposito *Faustulus* regij pastor armenti ad *Luceam Laurentiam* uxorem suam detulit, quæ propter pulchritudinem & capacitatem corporis turpiter quæstuosi, *Lupa à* vicium appellatur; unde ad nostram usque memoriam meretricum cellæ lupanaria dicuntur.

Pueri autem *Romulus* & *Remus*, cum dolevissent, collecta pastorum & latronum manu, interfecto apud Albam *Amulio* Avum *Numitorem* in regnum restituerunt. Poëtæ Ethnici, ut stuprum, ex quo *Rhea Vestalis Romulum & Remum* turpi partu edidit, palliant & honorant, ob Romanorum reverentiam sinxerunt, quod *Mars* belli Deus & præses cum *Rhea* concuiscit; fortè etiam significare volentes Martiam & bellicosam indolem geminorum fratrum, ac populi Romani exinde exurgentis.

M. Oïavius & *Licinius* tradunt libellum de origine Romanæ gentis *Amulium* patrem *Rhea* Sacerdotis, ejus amore captum in nubilo cœlo *Rheam*, cum manè pro more ad usum sacrorum aquam in lupo *Mars* acceptura venisset, oppressisse. Sed ut sit, crimen nubilo cœlo non tegitur, quo ortum traxerunt Romani.

XXI. Avus geminorum Romulus
Remus

Remi regnum cessit nepotibus anno mundi 3311. ante Christum 742. de quo ætate sequente.

Reges Corinthi ab an: m: 2646. ad. 2900.

I. **R**ex circa An: m. 2646. *Sisyphus.* * II. *Ornition.* * III. *Thomas.* * IV. *Damophon.* * V. *Propodas.* * VI. *Doridas & Hianthidas.* Propodæ filij pulsi ab Heraclidis duce *Alite* a:m: 2950. ante Christum 1103.

Reges Mycenarum ab an: m: 2743. ad 2950.

Argivorum regnum Mycænas translatum à *Perseo* an: m. 2743. ante Christum 1310. fuitque

I. Rex *Perseus* * qui regnum mutavit cum *Megabentho* PÆTI filio. II. *Stenelus.* III. *Eurystheus* * IV. *Atræus* filius *Pelopsis* ex *Hyppodamia* & pater *Agamemnonis*, quorum posterij PELOPIDÆ dicti. V. *Thyestes* * VI. *Agamemnon.* * circa a: m: 2819, ante Christum, 1204. *

F 4

VII.

VII. *Ægysthus*. * VIII. *Orestes*. * IX. *Penthius*. * X. *Comeres*. * Duravit ergo usque ad *Heraclides* a: m: 2950.

Lacedæmoniorum Prima Dynastia.

I. **L** *Elex*. * II. *Eunotas*. * III. *Lacedæmon* circa a: m: 2737. ante Christum, 1316. uxor ejus *Sparta*, à qua dicitur sunt *Spartani*. * IV. *Amyclas*. * V. *Agamemnon*. * VI. *Cynortas*. * VII. *Oebalus*. * VIII. *Hippocoon*. * IX. *Tyndareus*. * X. *Castor & Pollux*. * XI. *Menelaus*. *Agamemnonis* filius, maritus *Helena* filia *Tyndareus* filii. * XII. *Orestes* filius *Agamemnonis* circa a: m: 4871. * XIII. *Tisamenos* *Orestis* filius ex *Hermione*.

Durarunt hi reges usque ad reditum *Heraclidarum*, ad quorum adventum, altera *Lacedæmoniorum Dynastia* incepit in *Peloponneso*.

Reges Trojani ab a. m. 2576. ad a: m: 2871.

I. **F** *Uit Dardanus*, à quo *Dardani*

condita an: m: 2576. ante Christum
 1477. Traditur hic trajecisse in Phry-
 giam, & à rege *Tencro* tunc regnante
 in Troade obtinuisse terræ portionem,
 in qua urbem condidit, quam *Darda-*
niam dixit, Duxit uxorem *Tencri* fili-
 am *Barean*, ex qua genitus est II. Rex
Erichtonius filius DARDANI *III. *Tros*
 filius ERICHTONIJ, qui urbem Tro-
 jam appellavit *IV. *Ilus* filius TROIS,
 à quo *Ilium* dicta est urbs. *V. *Laome-*
don filius ILI. *VI. *Priamus* filius LAO-
 MEDONTIS. * Sub hoc urbs everfa est,
 & regnum concidit a: m: 2871. ante
 Christum 1182. *Antenore* paucas reli-
 quias regni retinente. Stetit ergò
 hoc regnum cum urbe annis 298.

Minimè dubium est alia quoque regna
 & principatus hac ætate ortum suum habu-
 isse, præsertim *Josua* partim interficiente,
 partim expellente Chananæos è terra fan-
 cta. Certum videtur Scriptoribus horum
 reliquias in Europam sese effudisse, ac no-
 minatim in Sclavoniam, Germaniam,
 Galliam, aliasque regiones. Et *Tacito*
 quidem visa est Germania Chananæorum
 propago, & quondam ferarum potius quàm

hominum domicilium, sine urbibus, sine oppidis, & cohærentibus ædificijs; fuit sequæ ante occupationem terræ Sandæ à Chananæorum ex ea expulsionem, temporibus *Josue*, ac Judicium factam, Europæ ad eò vacuam, ut qui primi eam deinde habitare cœperunt, appellati sint *Aberignæ*. * *Genebrardus* ad tempora *Aiod* lucis meminit *Belligy* Gallorum regis; *Demede Lemanni*; post hunc *Arogylis* vel *Proclis*. Et ad tempora *Abimelech* meminit *Namus* Gallorum Regis.

S. 6. Institutio Rituum

Leges, quas Dominus populo oblativas dedit, numerantur ad 613, licet præcepta affirmantia 248: quot minimum ossa à medicis numerantur. Magna verò 365. quanta est summa dierum in anno. Cæremoniales difficulter numerantur. Aliquæ hic memorantur, quarum institutio ad hanc ætatem refertur.

Ante exitum ex Ægypto instituta est esus agni Paschalis in memoriam acquisitæ libertatis per cædem primogenitorum Ægypti. * Panis azymus, & minime ad gustum, in memoriam vitæ apud Ægyptios tractatæ. * Sacrificia varia: Holocaustum

Sacr

Sacrificium libaminum. * Sacrificium
pacificorum. * Pro peccatis. * Sacrifi-
cia consecrationis, emundationis, ex-
piationis. * Ritus Pontificem conse-
crandi. * Vestitus varius & ornamen-
ta Pontificis; quæ inter præcipua *Ephod*
& *Rationale*. *Ephod*, *Epomis*,
pallium, atque etiam superhumeralis
dictum, ex auro, & hyacintho & pur-
purâ, Coccoque bistincto & bysso re-
tortâ, opere polymito, gemmis con-
situm, & *Rationali*, in gemmis dua-
bus Duodecim nomina filiorum Is-
raël inscripta juxta ordinem nativita-
tis eorum. *Rationale* autem ab He-
bræis *Hosen* sive *Essen* dictum, à Lati-
nis *Pectorale*. Materix fuit ejusdem
cum *Ephod*, formæ quadranguli, tam
in latitudine, quàm longitudine. Or-
namenta *Rationalis* præcipua erant
duo, unum ex lapidibus duodecim
pretiosis, alterum ex auro circum-
quaque apparatu &c.

Ufus hujus *Rationalis* exprimitur in ver-
bis geminis *Prim* & *Thummim*, verbis val-
de decantatis ab Hebræis; Idem signifi-
cant

F 6

cant

cant, ac *Doctrina* & *Veritas*, ut interpretatur Hieronymus. Nec dubitat S. Augustinus has voces fuisse Scriptas in Rationali, idque exterius, ut monerent Pontificem sui officij, eratque hoc Rationale ad futura divinitus prænoscentia, vel ad judicandum aut monendum, idque non per supernaturalem quendam lapidum fulgorem; sed Dominus quærenti Pontifici prædicere futura, aut adrogata responderet, si Episcopus & Rationali indutus eum sive suo, sive alieno nomine consulere; Ita ut *Ephod* & *Rationale* essent non instrumentum, sed causa moralis vel conditio, sine qua non fieret hoc genus revelationis. sæpè tamen etiam illo adhibito non fiebat revelatio prout Divino Numini collibitum fuit, quæras, quomodo illa revelatio fieret. Respondet Del Rio, à sacerdote sic indutus quandoque vel externa quædam locutio vel interna audiebatur, quod ipse postea interroganti manifestaret. Et hic modus revelandi alius erat ab eo, qui ex Propitiatorio fundebatur.

Ad cultum externum veri Numini ipsius jussu constructa etiam erat Arca fœderis. * Tabernaculum. * Altare Thymiamatis. * Mensa panum Propositionis. * Altare holocaustorum. *
Cau

Candelabrum. * De his & similibus copiosè *Exodus, Leviticus, & Deuteronomium*. * Asyla instituta & ad ea confugientibus securitas. * Institutæ sunt etiam simbriæ in oris aut limbis vestium exteriorum coloris hyacinthini, quibus etiam Christus usus dicitur, tum in memoriam legis observandæ Hinc illud de Phariseis *Matth. 23: Dilatabant phylacteria sua & magnificabant simbrias*: tum etiam ad Judæos veri Numinis cultores à gentibus alijs distinguendos.

Huc pertinent festa ad memoriam gestorum hac ætate instituta. * *Pascha* in mense Nisan in initio anni. * *Pentecoste Festum Primitiarum vel Hebdomadum*, de quo *Levit: 23*. * *Festum Tubarum* in memoriam ejus diei, quo Deus tubis clangentibus legem dedit in monte. Celebratur hoc festum in mense *Thisi* *Levit: 23*. * *Festum Xilophoria* in memoriam ejus diei, quo Judæi ligna in usum arcæ conferebant. * *Festum Expiationis* die decima septimi men-

mensis sive *Thisri*. * *Festum Collectarum & Tabernaculorum*, quod per octidies peragitur, & vocatur *Collectarum fructuum*, & distinguitur ab illo quod dicitur *Collectarum frugum*. Tabernacula autem, quæ extruunt Hebræi hoc festo, sunt monumentum illius temporis, quo populus fuit in deserto sub Tabernaculis. * Dicitur hoc festum græce *Scenopegia*, ad cuius celebritatem etiam venisse Christus legitur. Et unum erat ex illis quibus tunc omnes virilis sexus ex omnibus Iudææ finibus convenire debuerunt. *Paschate* nempe, *Pentecoste* & *Festum Tabernaculorum* in urbem Hierosolymam, postquam illa electa fuit à Domino - ut ibi esset templum Domini. * *Festum Kippur* id est *Expiationis*, in memoriam *Moyse* descendentis de monte in mense *Tisri* celebratum. * In eodem mense die 10. *gaudium legis & benedictio*, quo festo Judæi recolunt testamentum & mortem *Moyse* legislatoris, & legunt tunc caput penultimum

mum

num Deuteronomij in *Synagoga*. * In exitu anni celebratur *planctus filie Jephthæ* à patre immolatæ (Rabbini multi abrogarunt ob causam supra datam)* Ab initio etiam cujusque mensis institutæ sunt *Neomenia*, festa Deo Sacra & proprio holocausto celebranda absq; cessatione ab operibus, respondentq; nostris Kalendis.* Aliæ quoq; temporum observationes institutæ, qualis est *Annus Sanctus*, cujus initium est, mensis *Nisan*. * *Annus Sabbaticus* post sextum quemque annum recurrens.

Jubebantur Hebræi abstinere hoc anno à semente, & à colendis vineis, ut terra quiesceret, intelligerentque Judæi tantò magis sibi fervorum ac ancillarum suarum quieti humaniter consulendum esse, cum Deus ipse terræ, ac brutis quietem assignare non indignum divinâ suâ providentiâ duxerit. Inchoabatur autem hic annus in Autumno, ad cujus initium etiam servis emptis dabatur libertas, & debitorum certorum remissio fiebat.*

Jubilæum annus fuit quisque quinquagesimus recurrens, dictus annus
remif-

remissionis cum variis prærogativis
 Levit: 25. dictus *Jubilæus* sive *Job-*
leus, quod cum Levitæ per tubas
 rietinas, quæ dicuntur Hebræis *Job-*
lim convocato populo indicerent.
 Unde illud Josue 6. *Septimo die sacer-*
dores tollent septem buccinas, quarum usus
est in Jubileo. Unde etiam Levitæ
Tubicines appellabantur, quod illis in
 usu essent tubæ, quibus populum
 convocabant,*

Huc quoque pertinent jejunia in
 gestorum memoriam instituta. Jeju-
 nium solenne die 7. sept: in die e-
 piationum, idque à Deo mandatum.
 In mense *Nisan*; 1. die jejunium, quia
 eo die mortui sunt filij Aaron Levit
 10.* Die 10. mensis *Nisan* dies Ele-
 rialis apud Hebræos, ob penuriam
 quæ in deserto, & factam earum ab-
 bundantiam à Domino.* In mense
Iar die 29. jejunium indictum ob
 mortem *Samuelis* Prophetæ, quæ in
 hunc diem incidit.* In mense *Tham-*
muz die 17. jejunium ob prævarica-
 tio

tionem populi vitulum adorantis, & vindictam de prævaricatoribus Sumptam. * Primâ die mensis *Ab* jejuni- um ob mortem Aaronis. * In mense *Elul* die 7. jejuni- um ob mortem divi- nitus illatam exploratoribus terræ promissionis. * In mense *Sebat* die 5. jejuni- um quod hac die congregati sint omnes Israëlitiæ contra tribum Benjamin propter violatam uxorem Levitæ, Jud: 19. * In mense *Adar* die 7. jejuni- um, quod hoc die sit mor- tuus Moyses Legislator.

§7 Sanctitate aut prophetiâ clariab a.m. 2544. ad 2940

Celebrantur præ alijs in Scriptu- ra *Moyses*. * *Aaron*. * *Iosue*. * *Eleaz- er*. * *Caleb* explorator terræ sanctæ. * *Nun*. * *Hur*. * *Aminadab*. * *Naasson*. * *Iethro* Socer *Moysis*, consilio vir pol- lens. * *Judices* plerique, de quibus supra. *Salmon*. * *Booz*. * *Elckana* pa- ter *Samuelis*. * *Sephora* uxor *Moysis*. * *Maria* soror *Moysis*. * *label* domi- trix

trix *Sifara*. * *Ruth* cum *Noëmi* a; n.
2810. * *Anna* mater *Samuelis* a; n.
2901. *

Eorum hic nomina ponuntur, quorum cum laude fit mentio in Scripturâ Sacramentâ, de tamen certum non est, eos omnes sanctos, ac in cœlo beatos esse: quanquam pius sit de multis id arbitrari, prout etiam *Serarius* & *Salianus* judicant, idque veluti Scriptura colligunt vel ex doctrina Ss. PP. desumunt, omnes iudices sanctos fuisse, & nunc in cœlo beatos, idque pius creditu quod Dominus iis sanctitatem & beatitudinem elargitus sit, per quos voluit totius populi sanctitati consulere, & profanum cultum debellare: imo dicit *Serarius* videtur id creditu necessarium, cum Apostolus *Davidi* & *Samueli* aggregat quatuor & iudicibus, *Gedeonem*, *Barac*, *Samsonem* & *Jephtham* Heb: 11, quos ait *per fidem vicissim regna, & operatos esse iustitiam*. An non in istis iudicibus reliqui etiam comprehendantur prudens dubium est: siquidem de *Othoniele* quoque asserit Scriptura Spiritum Domini in eo fuisse.

De *Jabelis* sanctitate ac familiâ hæc notat *Abulensis*. Dictam illam fuisse *Jalen*, & *Haberi Cinai* uxorem: *Haberus* autem inter nepotes *Cinai*, cognati *Moyse* numeratur: habuisse hunc *Haberm* locutus cum *Jabin* Regi

Rege: neque tamen ideo existimemus *Jabe-*
lis familiam fuisse infimæ conditionis; ne-
 que etiam eos præ *Hebræis* ita potentes ut
 subjugari non potuerint, ideoque ad cede-
 ris societatem à Rege vocatos, sed præ
Hebræis virtutis amantes, Veri Numinis
 cultores, optimique exempli ac famæ ex-
 titisse, ut propterea Deus ipsos in medio
 turbulentissimæ tempestatis, pace ac tran-
 quillitate frui permitteret, eisque populi
 sui castigatorem conciliaret, ut ipse tyran-
 nus eorum virtutem & innocentem vitæ
 rationem admiraretur.

Prophetiâ Clari.

Fuerunt hac ætate vates, & Pro-
 phetæ apud Gentes, & ex Scrip-
 tura noti *Baalam* circa an: 2583. de
 quo *Origines Baalam Mesopotamius*
Vates & Ariolus, *cujus vaticinia etiam*
de Christo descripta & servata apud O-
rientales artis sue discipulos usque ad Chri-
stum, ad quem adorandum Magi ejus
predictione adducti advenerunt. Et
Theod: tamen si augur esset iste Demo-
num Cultor, ei tamen respondit Deus,
non quidem vocatus sed ab ipso ignoratus
doctusque est ab asina loquente bene
 lo.

loqui. * Innotuerunt etiam ex histo-
ria Jobi *Eliphaz Themanites* * *Baldad
Suutes*. * *Sopbar Naamathides* * *Elihu*
Barachæel Buzites circa an. m. 2400.

A profanis Scriptoribus memoran-
tur diversæ Sybillæ, quæ diversis sæ-
culis vaticinatæ sint. *Sybilla Elisa* Ly-
bica vixit tempore AIOPI Paulani.
Temporibus Tholæ *Sybilla Delphica*,
quæ etiam *Erythrea*; *Sicula*, *Samia*,
Rhodia, & *Claria*, & quæ se *Apollonia*
sa nominavit, ac filiam Apolloni-
nis. * *Sybilla Cumæa* mater *Evandrii*
Genebrardo ponitur ad tempora Abi-
lonis. Ejus carmina apud *Anam* ca-
vitatem *Julianus Apostata* ignibus
tradidit. * Tempore *Abilonis* *Caas-*
sandra Sybilla sive *Taraxondra*, quæ et-
tiam *Sariphia*, *Phrygia*, & *Tiburina* di-
citur. * Post hanc circa tempora *Sam-*
sonis *Colophonia Sybilla*, cognomento
Lamdusa neptis *Calchantis* vatis, qui
comes fuit expeditionis Græcorum
contra *Trojam*. * *Tiresias* cæcus, &
filia ejus *Manto*. *

§. 8. *Nova reperta, & ur-*
bium Natales ab An: m: 2544, ad
 2940.

Cadmum sedecim litteras è Phœ-
 nicia in Græciam detulisse, α β γ
 δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ; his *Palamedem*
 quatuor deinde adiecisse ξ θ φ χ; &
 totidem, post eum, *Simonidem* ζ η ψ ω.
 Inventorem quoque *Cadmum* fuisse
 historix, & primùm prosaicam ora-
 tionem instituisse refert *Suidas*. Me-
 tallæ, etiam & conflaturam eorum, re-
 perisse dicitur ad an. 2700. * *Ægy-*
ptios docuit agriculturam, unde po-
 steà *Nisis* nuncupata ab *Ægyptiis* di-
 vino honore culta est. * *Castro-*
rum metandorum ratio, & ordo primò à
Moyse ostensus. * *Phemonem* vatem,
 alii autem *Olenem*, alii autem *Moy-*
sen dicunt inventorem carminis He-
 roici. * *Puteos fodere* Græci didice-
 runt ab *Ægyptiis* 2709. * *Danaus* Pri-
 mus ex *Ægypto* navem in Græciam
 advexit, cum antè tantùm ratibus na-
 viga-

vigaretur, quæ inventæ erant in mari
rubro à Rege Erythreæ a; m: 2581.

Triptolemus apud *Eleusinos* ferendi
ac metendi usum introduxit, idemque
cùm ad urbes frumentum longa nave
adveheret; Navis autem quandam
serpentis formam haberet; nam forma
rostrata referebat caput, rem
branchias, gubernaculum caudam, &
rudentes implicatos serpentes: Ideo
locum fabulæ dedit *Cerere* cum alio
tis serpentibus currui superpositum
Triptolemu per totum orbem misit
ad usum frumenti, quem *Ceres* Col
num patrem docuisset, indicandum
hæc circa an: 2650. *

Melampus medicus Primus apud
Græcos vinum aquâ diluendi usum
introduxit, fuerunt enim Græci ni
miùm vino dediti. Inde vox illa Græ
cari ortum & significationem suam
habet *Plinius* lib. 6. c: 56. * *Amphiaro
us* Vates primus exercuit ignispicia
2747. * *Arogyus* primus currum junxit
in Gallia 2747. * Aruspicinam *Mal*

tas quidam in Italia primùm apud He-
trulcos induxit, hunc Cicero, & Lu-
canus, *Tagen* nominant ad an: 2787.*
Pan primus fistulâ Canere docuit
2787.* *Mizota* sive *Canstus* primus
modum salis conficiendi ostendit cir-
ca an: 2700.* *Philemon* primus apud
Delphos ludos & chorum ac chore-
as instituit 2780.* *Aereus* rex Pelopo-
nesi Eclipsium solis Theoremata in-
dagavit circa an: 2830.* *Deabus* apud
Celtiberos invenit aurifodinas circa
an: 2800.* Legum conditores hac æ-
tate *Minos* apud *Cretenses*, * *Localus*
apud *Sicaneos*. * *Rhadamanthus* apud
Lycios circa an: 2820.* *Salmonaeus* apud
Elidem, fulmina & tonitrua artificiosè
imitari conatus est.* *Apollo* & filius e-
jus *Esculapius* medicinarum & viri-
num in herbis ac metallis latentium
scrutatores & inventores ad an: 2790*
Eolus idè ventorum Deus appella-
tus, quòd ipse Siciliæ regnum obti-
nens primus ventorum diversitatem
& rationem eisdem ad navigandum
uten-

utendi artem invenerit *Genebrardus*
 ad tempora *Boetz.* a: 2700. *Armani-*
tes Rex Assyriorum juxta *Plinium* ex-
 cogitavit remedium contra ebrieta-
 tem, ut nimirum cinis rostri hiru-
 nis cum myrrha tereretur, & vino in-
 spersus biberetur A: 2821. * *Vulcanus*
 in *Lemno* docuit artem fabrilem, &
 modum ferrum cogendi 2800. * *A-*
gon Olympius institutus est ab *Her-*
cle a: m: 2847. Unde postea nomi-
 traxerunt *Olympiades*, de quibus al-
 bi. * *Dædalus* pleraque instrumenta fa-
 brilis artis excogitavit, Serram, ascu-
 lam, perpendiculum, terebram, gila-
 tinum etiam primus adhibuit, & Ich-
 tiocollum a: 2810.

Equitandi & equestris militiæ usum primò introduxerunt pueri a: 2821.

Ixione Rege *Thessaliæ* regnante in *Pell-*
 monte taurorum armentum quoddam ira-
 furore correptum est, ut montana illa loca
 redderet undique inaccessa; à præcon-
 itaque publicè promulgari Rex iussit, quod
 si qui essent, qui tauros domare possent,
 præ-

præmio eos non vulgari donandos esse. Adolescentes igitur nonnulli ex Montanis ex pago *Nephele* equos tunc primùm domare aggressi, & equitandi artem primùm omnium exercentes (prius enim homines equis tantum ad currus trahendos utebantur) Pueri ergò hi equis insidentes armento taurorum sese intuderunt, tauros agitantés ac ferientes, & quando ab impetu taurorum iuvenes impellebantur, illi cum equis celeri fuga sese subripere; quodsi autem tauri iterum firmo pede consisterent iuvenes iterum irruere in tauros, & sic tandem litrage æquali omnes conficere. Sic homines equitare docuerunt, & ipsi locum fabulæ dederunt, ut, qui tauros oppugnabant, nomen inde traherent, à *κεντέειν* (*Stimulare*), dicti *Centauri* sive tauros *stimulantes*. Iuvenes deinde præmio ab *Ixione* accepto insolescentes mala passim perpetrare, proximos populos, ac præcipuè *Lapitharum* vexare atque turbare inceperunt, quorum & mulieres abstulerunt equis imponentes & celeri fugâ abducentes, Unde bellum ortum, quod fabulæ vocant *Lapitharum cum Centauris*, qui *Thessali* viri equites erant. Ita *Palaephatus*.*

Alcinous Rex Phæacum primus
 G hor-

hortos colere docuit *Genebr*: ad
 pora *Abesan* * *Theseus* primus fuit
 Atticæ dispersos cultores Athenarum
 unam urbem, & in unam rempu-
 cam concivit; quod ut efficeret
 nem penes populum potestatem
 promisit, bellitantum imperio, legi-
 que custodiâ sibi servatâ. Itaque
 num commune constituit Prytaniam
 & Curiam, & Panathenæa, com-
 ne effecit sacrificium, depositio-
 regno, uti sponderat, Athenarum
 ses in reipublicæ formam digessit
 2833. * Idem *Theseus* primus Ostraci-
 mum introduxit, relegationis genus
 quo voluit, ut illi qui excellere in
 publica ex populari regimine con-
 tuta, vel divitijs, vel amicis, vel aliis
 potentiores fieri videbantur, extra
 civitatem relegerentur ad tempus, sicut
 docet *Aristoteles* lib. 3. polit. non
 criminis improbitatem castigandi
 sed ad potentiam moderandam; tem-
 pus autem *Ostracismi* erat apud Athenienses
 definitum 10, annorum.

etus *Ostracismus* à testulis, in quibus suffragia scribere solebant, & vocatur etiam Testularum exilium apud Latinos; sic autem peragi solebat *Ostracismus*. Viritim collecta sunt suffragia de *Ostracis*, in quibus quisque nomen illius scribebat, quem urbe exesse vellet; si sex millium numerum excessissent, vim habebant relegationis indicendæ. Primus *Thesens*, qui legem hanc tulit Atheniensibus, eadem lege relegatus est.*

Ludi Isthmici instituti, & celebrati in Isthmo Corinthiaco in honorem *Inonis* & *Melicerta*, quos aquis submersos Divinitate donavit superstitiosa antiquitas, dixitque *Leucotheam* & *Palamonem* duo maris Numina. Nimirum cæcis illis sæculis furor & infania gradus ad Divinitatem proximus videbatur.

Urbes Condita.

T*Harsis* sivè *Tharsus* urbs Ciliciæ condita à *Tharsi*, qui fuit filius *Savan* circa an: 1931. Hoc nomine primo

mò significabatur sola *Calicia*, postea
 significare cœpit totum mare mediter-
 raneum & insulas penè omnes illius
 us. Unde in Scripturâ: *conteres nauis
 Tharsis &c: & Reges Tharsis &c: munda
 la munera offerent &c.* * *Sidon* ædifi-
 cata à *Sidone Chamis* nepote, & *Cad-
 naani* filio circa annum 1931. urbs
 omnes delicias, ac diuitias appropria-
 sita ac facta, portu insignis ad mare
 mediterraneum, non procul à monte
Libano, unde lignis & lapidibus pre-
 tiosis celebris in Scriptura; Ex quo
 decor Jerosolymæ & templi sursum
Plinius de eâ narrat officinam effu-
 lebrem vitrorum propter *Belum* flu-
 um vitri arenas volventem; ideo
 ventrix dicitur speculorum.*

Nysa à *Dionysio* sive *Baccho* aut
bero condita a: m: 2558.* *Cyrenis*
 Libya condita circa eundem annum
Bythinia urbs condita à *Cadmo*,
nebr. ad Iosue tempora. *Tyrus* condita
 quidem brevi post divisionem ter-
 rum; à *Iosue* autem munita, amplius

cata, & in Metropolim Phœnicia, ut
quidam putant, exaltata, sed & tem-
pore *Gedeonis* magnificè iterum aucta.
sedes fuit voluptatis ac deliciarum,
Unde & *Christus* dixit: *Si in Syro &*
Sidone &c. Pœnitentiam egissent. Quia
rara pœnitentia in urbibus deliciosis
ac opulentis. *

Dardania condita à *Dardano* a. 2579
postea à *Trojade Dardani* Nepote di-
cta *Troja*; ab *Ilo* verò filio *Trojadis* di-
cta *Ilium*. * *Ephyra* eadem quæ *Corin-
thus*, condita à *Sisypho* a: m: 2646. *
Cadmea five *Theba Bœotica* à *Cadmo*
condita circa a: m: 2737. hanc muris
ornavit *Amphion*; *Bacchi* fuit & *Hercu-
lis* clarissima patria, ab *Alexandro*
Magno postea everfa. * *Cyricus* condi-
ta a: m: 2771. sub *Cyrico* Rege *Helle-
ponti* & *Asiæ* Metropolis est. * *Sparta*
a: 2737. conditam alij ferunt à *Sparto*
filio *Amyclantis*, filij *Lelegis*. *Pausan;*
autem *Spartos* à fatu, velut è terra edi-
tos credit, eò quòd ad illam constru-
endam & habitandam undique, acco-

læ confluerint, dictam itaque à Græco ἀπὸ τῆς σπαρσεν, à dispersione, Etæque post illam congregationem unam communitatem. * *Miletus* condita à *Mileto* qui *Minoem* frons & appulsus; in *Cariam*, hanc urbem cognominem ædificavit, 2768. * *Narbon* & *Lucretia* extructæ paulò ante bellum Trojanum, *Genebr.* Circa tempora *Troja* capta ædificata est *Mamua* in Italia.

S. 9. Scientijs & Artibus Celebres.

IN SCRIPTURA. *Iosue* à *Moyse* legitur, et risque divini intelligentiam edidit, etus, eam docuit septuaginta Seniores, qui per ordinem eam communi- carunt Prophetis, & Prophetæ Scri- ptis, Scribis & Pharisæis, à quibus Rabbini se suam scientiam accepisse gloriantur, & vocant *Gabbala* sive *Gem* ore traditam. Ita *Iosue* lib. 1. antiq. c. 7. * *Beseleel* & *Ooliab* imperiti Deo sapientia & intelligentiâ, ad- co-

cogitandum, quidquid fabre fieri potest ex auro & argento pro Dei tabernaculo construendo, & iis quæ ad cultum Dei fieri iussa sunt.*

In profanis celebrantur, *Mercurius* dictus *Hermias* sive *Hermes*, quod græcè sonat interpretem, disciplinis & artibus floruit circa a. m. 2570. post *Moysem* in Ægypto avum maternum *Ailantem* habuit Astrologum, dictus & ipse fuit *Atlas*, clarus est libris 42. qui omnem Ægyptiorum Philosophiam complectuntur.*

Mercurius Trismegistus nepos fuit *Mercurij* Hermetis, notatque *Enochus* de utroque *Mercurio*, multa, ipsos ex Colmopœcia *Moyse* mutuatos fuisse. Arte quoque medendi præcipuè ambo excelluerant, quos & Ægyptij divino quodam honore venerati sunt circa a. m. 2610.*

Chiron juxta *Genebrar*. Circa tempora *Thola* dictus *Centaurus* Medicus æquissimus, & Musicus, Herbariam & Medicamentariam reperit. *Plinius*

G 4 lib.

lib. 7 c. 56. * Ad eadem tempora
pollo, Cytharista & Medicus * *Asp*
lapius Medicus * *Melampus* Medicus

Pœta & Musici floruerunt ad
 2789. *Linus* Herculis Præceptor; cu
 cum cytharizandi artem docuisse
 cytharâ ab eodem percussus, qu
 nimis inçoncinnè ludentem, & hinc
 cè canentem acerbiùs derisisset. Pra
 clarum scilicet, antiquitùs, & hodie
 Magistris dari solitum à multis p
 instructione Minerval.

Orpheus circa an: 2789. Fide
 excellens, cumque fidibus, vocis ei
 fonam jungeret suavitatem, arbor
 & saxa traxisse dicitur. Intelligunt
 homines sylvestres & duri. * *Ar*
panus de *Orpheo* scribit, Mosaicæ do
 ctrinæ non ignarum fuisse, & de *Chri*
 sto carmina cecinisse. De quare *Ag*
 gustinus contra *Faustum* lib. 13. *S*
ylla vel *Sybilla* & *Orpheus*, & nescio qu
Hermes, & si qui alij vates vel *Theolog*
 vel *Sapientes* vel *Philosophi* gentium,
Filio Dei, aut de *Patre Deo*, vera præ
 xi

xisse perhibentur: Valent quidem aliquid
ad Paganorum vanitatem revincendam,
non tamen ad illorum auctoritatem am-
plectendam.

Amphion circa an. m. 2637. The-
bis regnator cytharæ cantu saxa in
muros coëgit. Fabulæ causam ex-
plicat *Eusebius*. Habuit duros & ve-
luti saxeo corde intractabiles subdi-
tos, quos concordix legibus in civi-
tatem adunavit, & eloquentix vi mo-
deratus est.

Dadalus ad an. m. 2822. artificum
celeberrimus constructor Labyrinthi:
domicilium illud erat, alij hortum ap-
pellant, in Creta, quod ob multipli-
ces viarum ambages occursus ac re-
cursus fallebat, inquit *Apolodorus*.
Venerem etiam ligneam, aliasque sta-
tuas, ut moverentur per se, argento
vivo infuso & similia plurima elabo-
ravit *Pausanias*.

S. 10. *Bella & Bello clari.*

EXPEDITIONES CELEBRES IN SA-
CRA SCRIPTURA.

G §

I. Phao

I. **P**haraonis an: 2544. cum universi
exercitu insequentis Israëlita
fugientes.

Josephus immensum auget Ægyptiorum
copias, & scribit Pharaonem Hebræos
secutum esse cum septingentis curribus,
cum equitum quinquaginta millibus, &
centis millibus Scutatorum peditum;
de adeo numero exercitu nihil habet
certi in Scriptura, & suspectus est *Josephus*
quod timeat, ne populo suo infamia im-
gatur, si Israëlitarum sexcenta millia
muisent Pharaonem cum minoribus copiis
insequentem. De hac expeditione ita
Josephus scribit, Assumpto omni equitatu, ja-
latoribus, funditoribus, sagittariis, &
tibus, & universis levis armaturæ mi-
bus, Sexcentisque falcatis curribus, pro-
fectisque huic expeditioni purpuratis,
alacrius Cæteri sine detractione ma-
tiæ sequerentur, excurrit summâ celeritate,
ut fugientes improvisò opprimeret
& facile opprimere potuisset, nisi manus
Domini pro eis pugnasset; erant enim
Hebræi imbecilles, nati omnes educati
in servitute, serviles animos, ignavos
meticulosos circumferentes. Hanc
puli sui ignominiam conatus *Josephus*
tegere.

II. Expeditio *Josua* contra *Amale-*
citas, de qua in itineralio.

III. Expeditio contra Regem *Ar-*
rad prospero successu a. m. 2583. Me-
tuerant passim Reges audientes de
Israëlis populo, quod novas sedes
quæreret, ignari quam se in partem
effusura esset. Itaque Rex *Aradio-*
rum cogitabat maturè prævertere
contra Israëlitas educto exercitu. Is-
raël autem *Victor existens duxit ex eo*
pradam, Num. 21. Israël voto se obli-
gavit, si tradideris populum istum in
manu mea, delebo urbes ejus. Nec
irrita fuerunt vota, ait *Philo, Numine*
robur addente ad extorquendum Regi
victoriam, prada tota consecrata auctori
tanta felicitatis, oppida cum viris, & au-
ro argentoq; Deo dicari placuit, unde
totum id regnum Anathema nomina-
tum est, Hebraice *Horma* quasi holo-
caustum Domino.

IV. Expeditio contra Regem *Se-*
hon, an: 2583, quæ fuit fortunatissima
toto populo cum Rege cæso, & om-
nibus

G 6

nibus urbibus ac viris venientibus
potestatem Israëlitis.

V. Expeditio contra *Og* Regem
eodem anno, quem suppetias ferat
tem Regi *Sehon* Dominus quoque tra
didit cum omni populo suo in manus
Israëlitarum, & sexaginta urbes egi
ac omnem regionem, quamvis cuncta
urbes essent munitæ muris altissimis
portisque & vectibus; oppida autem
innumera, ut Scriptura loquitur: Num
21, quæ non habebant muros. *

VI. Expeditio contra *Madian*
eodem anno, ad quam jubente *D*
mino ex singulis tribubus tantum *m*
leni electi, præterquam Levitarum
illi enim à bellorum onere exempti
rant. Itaque duodecim millia erant
virorum selectorum, qui duce *Phineas*
Eleazari Sacerdotis filio, contra *M*
dianitas pugnaverunt tam feliciter
ut occiderent omnes mares eorum
principes ac reges eorum, *Evi*, & *A*
sen, & *Sur*, & *Hur*, & *Rebe*, ne. un
quidem ex Hebræis desiderato. *O*

pidis omnibus urbibusque Madianitarum igne consumptis (neque enim erat hæc terra ad habitandum Israëlī destinata) capta sunt ovium sexcenta septuaginta millia, boum 72. millia, asinorum sexaginta millia & mille; puellarum autem triginta duo millia. Præda ita divisa est inter populum, ut pars dimidia tantum esset illorum duodecim millium, qui pugnabant; & altera dimidia inter totum populum subdivideretur. Milites verò aurum & argentum Domino obtulerunt in gratiarum actionem, quòd omnes incolumes ex bello rediissent. Auri præda pondò habuit sedecim millium, septingentorum & quinquaginta siclorum, id est quinque talentorum auri, cum tribus ferè partibus talenti.

Causa, quod Deus hæc pœnâ integræ devastationis & excisionis affecerit Madianitas, est, quod maleficiis per Ariolum Baalam conati fuerint perdere populum Israëlī. Secundò quia Madianitæ plurimos seduxerunt ex Israëlītis, sic enim *Moses Num. 15, Morabatur eo tempore Israëlī*

365-

Settim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocaverunt eos ad sacrificia sua, at illi comederunt & adoraverunt Deos eorum, initiatusque est Israël Beelphegor (dicit Hieronymus fuisse Idolum Priapi) & iratus est Dominus &c. Sicut ergo Dominus Israëllem propterea castigavit immensa peste, quâ 24. millia perierunt; ita postmodum de seductoribus *Madianis* ultionem sumpsit.

Ubi dicitur *Phineen* fuisse ducem expeditionis, intellige, non ut imperatorem ageret (probabilius enim hoc officio functus est *Iosue*) sed ut vasa sancta & Arcam imperio custodiret; erat enim filius sacerdotis & de tribu *Levi*. Victoria autem, quæ obtigit, tametsi felicissima esset, eâ tamen abusi sunt Israëlites, reservârunt enim viatores captivas fœminas; ideò reprehenduntur Duces à *Moyse Num. 31. Cur fœminas reservastis? nonne ista sunt quæ decipiunt filios Israël ad suggestionem Balaam; iussitque cunctas interficere. Ergò, inquit, interficite, quidquid est generis masculini, tam in parvulis, & mulieres, quæ noverunt viros, jugulate, puellas autem & omnes fœminas virgines servate vobis.* Sicque ut *Moyse* iusserat occisi sunt.

VII. Expeditio *Iosue* contra *Jericho*, & expugnatio nullo suorum

amif

amisso; urbe autem prædivite, populosâ funditus everfa & igne consumptâ incolisq̄ præter *Rahab* omnibus peremptis an: 2584. Variarum dein urbium expugnatio secuta: percussit enim *Iosue* omnem *terram* montanam & meridianam, atq̄ campestrem & *Afedoth* cum regibus suis, neque dimisit in ea tota regione ulla reliquias, sed omne quod inspirare poterat generis humani, interfecit, sicut præceperat ei Dominus, quo pugnante pro Israël omnes regiones illas & urbes uno quasi impetu cepit, atq̄ vastavit, quibus præclare peractis & uno anno duodecim regibus cis Jordanem victis & peremptis, exercitus cum *Iosue* victorij inclytus, & prædâ quasi infinitâ locupletatus, reversus est in Galgala a: m: 2585.*

VIII. Expeditio contra regem *Afor* Chananæorum & socios ejus anno 2585. De hac expeditione Scriptura: *omnes, inquit, egressi cum turmis suis, populus militis nimis, sicut arena,*
qua

qua est in littore maris, equi quoque & currus immensa multitudinis. Josue II. cum his pugnavit Josue ad aquas Meron dicitque ei Dominus: *Ne timeas eos cras enim hac eadem hora eos tradam tibi.* Et irruerunt Israëlita super eos, tradiditque illos Dominus, ut nullas dimitteret ex eis reliquias; nulli veniam dedit. *Josue ait, ad id lævitarum esse in vestros, ut hominibus sublatis, in equis ferrum exercerent, & currus exirent.* Quam obtentam victoriam urbem quoque *Asoram* metropolim Chananeorum obsidione fatigatam occupat, & omnibus habitatoribus caecum incendit.

Sed cur voluit Deus, ut omnes istæ urbes, imò regiones terræ promissionis conterminæ excinderentur? Respondent SS. PP. meruisse hoc illorum scelera, Idololatricam & obdurationem. 2. Quia periculum erat Israëlitis ab eorum consuetudine, si remaneret & conversarentur. 3. Nos elegit eos Dominus ad veri Dei cognitionem efficacem, sufficienter tamen tantis insignibus tamque admirandis victoriis occasione dedit & vias aperuit in veri No-

mini

minis cognitionem deveniendi ; sed in potentia sua & felicitate confisi gratias oblatas repudiaverunt.

IX. Expeditio contra *Adonibezec* a: m. 2605. Chananzæis universali quidem excisione, id est, potiore ex parte dissipatis, iterum tamen congregatis eorundem fugitivorum reliquiis, & partem aliquam hæreditatis divinitus concessæ in singulis tribubus retinentibus, cœpit vires colligere præ aliis formidabiliores *Adonibezec*, cuius subditi potissimum hærebant inter tribum *Juda*. Cujus potentia & superbia ex eo constat, quod Septuaginta Regulis à se victis manuum pedumque summitatibus abscissis, ad suam ostentationem canum more infra mensam victum projecit. Hunc bello appetiverunt sub auspiciis tribus *Juda*, & duce *Calebo*, prostratumque Regem cum exercitu pœnâ Talionis, manibus pedibusque mutilatum interfecerunt ; Tyrannidis suæ ad memoriam posterorum relicto Epitaphio; *Sic mi feci, ita reddidit mihi Deus.*

X. Ex.

X. Expeditio. Totam deinde m^olem belli converterunt Israëlitaꝝ contra Jerusalem, cæso feliciter *Chanani* & *Pheresæo*. Oppugnantes, inquit Scriptura, *filij Iuda ierusalem ceperunt eam & percusserunt in ore gladij, tradentes cunctam incendio civitatem*: Inferiorem scilicet, ut ait *Josephus*; nam superior, arx videlicet *Sionis*, quæ postea *Civitas David* est appellata, naturâ loci & munitionibus defensa est.

Jerusalem Civitas erat bipartita in duobus quondam oppidis Coagmenta *Jebus* & *Salem*: *Salem* pars septentrionalis pertinebat ad *Beniamitas*; *Jebus* autem ad tribum *Judam*. Cum ergo tribus *Juda* partem suam oppugnare vellet, necessitatem habuit alteram oppugnare, idque cum bona venia *Beniamitarum*; fuitque utraque civitas à *Josue* jam semel debellata, ita ut *Jesubai* habitarent inibi tanquam tributarij; sed animis resumptis *Jebusai*, & nixi arcis præsidio conjuratione factâ *Israëlitas* iterum ex urbe ejecerunt. itaque magnâ iterum vi expugnari debuit, Captaque est, & incam flammâ ferroque sævum a: 2602. neque tamen exusta est tota civitas inferior; nam Paulò post iterum *Beniamita*

niamita unà cum *Iebusæis* simul ibidem commorati sunt; & quidem usque ad tempora *Davidis*.

XI. Expeditio contra *Hebron*, illaque expugnata a. 1603. sequente anno contra urbem *Dabir*, quæ capta est cum præmio uxorio; promiserat enim *Caleb* ei, qui urbem capturus esset ex *Ducibus* filiam suam *Axam* in Conjugem.

Axa autem pulcherrima erat puellarum. Iocantur *Rabbini* tantam fuisse pulchritudinem ejus, ut quisquis eam videret, irasceretur suæ uxori tanquam deformi præ *Axa*, unde etiam *Axa* dicta ab irascendo.

XII. Expeditio contra *Sephaad* & *Philistæos* auspiciis *Simeonis* & *Juda* an: 2605, in qua expeditione tota urbs, sicut *Iericho*, facta est Anathema, sive quod nomen *Herma* significat, Holocaustum; quia omnia ferro & igne deleta sunt, fortè ideò quia cladem ibi aliquam acceperunt *Israëlitæ* in prioribus præliis.

XIII. Expeditio filiorum *Ioseph* contra *Bethel* sive *Luzam* a. 2605. occasio

caso capiendi hæc fuit. Cum ob-
derent urbem, viderunt homines
egredientem de civitate: dixerunt
ad eum, *ostende nobis introitum & fe-*
ciemus tecum misericordiam. Iud. 1. qu-
cum ostendisset eis, suâ prius, suorum
que incolumitate jurejurando firma-
tâ, inquit *Iosephus*, invaserunt urbem,
eamque percusserunt in ore gladii,
hominem autem illum dimiserunt
cum iis scilicet opibus, quæ cognati
juvantibus, quos cladi eripuerat, ad
urbem novam condendâ sufficienter
dimissus enim vir iste venit in terram
Hethæorum, qui erant in tribu Ephra-
im, de quibus benè meritus erat pro
ditione suâ, & ibi novam *Luzam* con-
didit.

XIV. Expeditio Danitarum an-
2622. in *Lais*, præmissis exploratori-
bus, & capto Idolo *Micha* de quo in
§. memorabilium historix sacrx de
Gedeone &c.

XV. Expeditio omnium tribuum
Israëlis contra tribum Benjamin ob
faci-

facinus abominabile in Levitam, atque in uxorem Levitæ, ubi geminâ clade sternuntur Israëlita, quanquam consulto prius Domino, moxque resumptis animis ac viribus delent totam tribum Beniamitarum a. 2622.

Causa hujus intestini belli mulier fuit; quidam enim vir Levites habitans in latere montis Ephraim, acceperat uxorem de Bethleem Juda; uxor autem ejus tametsi vehementer ob pulchritudinem suam à marito amaretur: ipsa tamen contemnens maritum suum fugit ab eo, & reversa est in domum patris sui mense quarto conjugij initi. Secutus est ergo mulierem vir suus, habens in comitatu puerum, & duos asinos, pro se, & uxore reducenda, veniensque ad foceros, illorum operâ, cum uxore revertitur in gratiam, & redit ad propria. In itinere autem juxta *Gaban*, quæ est in tribu *Benjamin*, ingruente jam nocte volens ibi pernoctare divertit apud virum aliquem sibi compatriotam. Exardescientes autem viri illi insano amore erga uxorem Levitæ, vim in Levitam & uxorem fecerunt; qui & tradidit eam. Quâ illi totâ nocte abusi, manè dimiserunt. Mulier autem recedentibus tenebris venit ad ostium domûs, ubi manebat Levites, & ibi

& ibi corruit ac mortua est. Levita prelo
 dolore silens imposuit eam asino, reve-
 susque est in domum suam. Quò cum ve-
 nisset, arripuit gladium, & cadaver uxoris
 cum ossibus suis in duodecim partes
 frustra concidens, misit in omnes terminos
 Israël: quo viso filij Israël ad ultionem ex-
 asperati bellum moverunt omnibus viribus
 ac copijs collectis contra Beniamin: Ge-
 de Beniamitis quoque ad resistendum in-
 venti sunt 25. Millia educentium gladium
 Cæsique sunt primò de filiis Israël à Ben-
 jamitis, egressis de *Gabaan*, 22. millia
 donec resumpto prælio victor Israël per-
 cussit Beniamin, viris omnibus & jume-
 tis deletis, & urbibus ac vicis flammâ con-
 sumptis; adeoque defævijt mucro Israe-
 tarum in liberos, & fœminas, ut postea
 in tota tribu nullæ mulieres repertæ sunt,
 quæ Beniamitarum reliquiis darentur uxori-
 res. Pœnitentiâ tamen ducti Israëlitarum,
 quòd se tribu integrâ diminutos viderent,
 miserunt decem millia virorum in *Jabes Gabaan*,
 qui omnes generis masculini, & mu-
 lieres quæ cognoverunt viros, interfice-
 rent; virgines autem reservarent. Adductæ
 quæ sunt virgines de *Jabes Gabaan* quadringentæ,
 aliis omnibus interfecit; & ha-
 dederunt Beniamitis, eisque reconciliati
 sunt. Fit mentio historiæ hujus Jud. cap 20

Es

XVI. Expeditio *Cusan Rasathaim* Regis Syriæ contra Israëlitas a: m: 2623.

XVII. Expeditio *Eglonis* Regis Moabitarum, Ammonitarum, & Amalecitarum contra Israëlitas cum ingentibus copiis duce *Sisarâ*: 2721. *

Barac contra *Iabin* movet, & vincit, & *Sisara* perimitur a: 2741. *

Madianita infestant & premunt Hebræos a: m: 2761. & iterum 2768.

Suscitatus autem contra *Madianitas Gedeon* cum 300. viris miraculose pugnat & superat a: m: 2768. *

XVIII. EXPEDITIO *Abimelechi* contra *Sichimæos*, in qua ipse à fœmina *Saxo* interficitur a. m: 2803. *

XIX. EXPEDITIO Ammonitarum & *Philisthæorum* contra Israëlitas a: m: 2832. *

XX. EXPEDITIO *Jephte* contra Ammonitas, ejusque victoria a: m: 2849. *

XXI. EXPEDITIO *Philisthæorû* contra Israëlitas, qua ipsi subacti servire cœperunt usque ad *Samsonem* 2860. *

Ex

Ex Profanis Historiis.

BACCHUS Cadmi Thebani ex *Mele* filius militat in India, in cuius exercitu multæ copiæ fœminarum pugnarunt, dictæ *Baccha*, magis propter furorem, quàm propter virtutes memorandæ. Unde etiam *Baccha* in muliebri, & delicato corpore fingitur, quia viros cum fœminis pariter ad arma obligabat, *Genebrard. adtempora Iosue.*

BUSIRIS in Ægypto regnum invadit, & immanem tyrannidem exercet, ad loca Nilo vicina transeunt hospites *Iovi* crudeliter immolans, ubi etiam urbem sibi cognominem *Busiridem* ædificavit, donec ab *Heracle* cum *Amphidamante* filio interfectus est, an. m. 2584. *Eusebius.* * Bellum de *Sacris Eleusinis* gestum ab *Eumolpo* contra Athenienses, quod ita compositum tandem est, ut *Eleusini* se omnia sua traderent Atheniensibus *Cereresq;*, ac *Proserpina*, *Eumolpus* *Sacra*

faceret, quæ Sacra deinde dicta sunt
Elenfina ad an. mun. 2683. * Bellum
Troadem inter & *Tantalum*, qui in
 Phrygia regnavit, ob raptum *Gany-*
medis filij *Troadis* an: 2692. causa rap-
 ptus fuit *insanus* amor, & effectus il-
 lius ingens bellum inter utrumque
 Principem.

Poëta autem veram historiam fabulâ
 depravarunt, qui *Tantalum* in *Jovem* com-
 mutaverunt, & quidem aquilam factum
 propter rapinæ celeritatem, cum in navi
 quâ avedus est, insigne esset aquila. Ut
Epiphanius scribit.

EXPEDITIO septem HERO-
 UUM adversus *Thebas* a. m. 2822. *

De hac expeditione *Apollodorus* nar-
 rat: *Polinices* à fratre suo *Eteocle* de regno
Thebarum ejectus ad regem *Argivorum*
Adrastum profectus est, eiq; bellum persua-
 det. Is collectam cum ducibus septem,
 exercitum contra *Thebanos* ducit, quo-
 rum nomina sunt *Adrastus*, *Amphiaraus*,
Capaneus, *Hippamelon* *Argivi*: *Polynices*,
Thebanus, *Tydeus* *Ætolus*, *Parthenopaus* *Ar-*
gas, singuli cum egregia militum manu
 ad *Cybaronem* perveniunt, legatumque
 de regno restituyendo ad regem *Eteoclam*
 mittunt, sed frustra.

H

Ergò

Ergò Thebas obsidione cinguntur
 ad singulas portas singuli; cumque
 multi utrimque cecidissent, de utroque
 que exercitûs Sententiâ *Eteocles* &
lynices de jure suo singulari certam
 decernunt, qui & mutuis sese vul-
 ribus confecerunt. Omnes deinde
 duces redintegratâ pugnam præter
rastum variâ morte absumpti sunt.
 Moxq; *Creon* Thebanorum Regnum
 post *Eteoclem* adeptus, Argivorum
 dâvera insepulta projecit, edictis
 vens, ne quis ea sepeliret. *Ver-*
Antigone *Oedipi* filia, & Soror *Po-*
lis corpus fratris sui humandum
 ravit, & à *Creonte* deprehensa vivam
 sepulchrum conijcitur; *Adrastus*
 tem Athenas confugit, ubi exercitus
 duce *Theseo* impetravit. Hi Thebas
 profecti urbem capiunt, & corpora
 defunctorum sepulturæ tradunt.

Ægyptij Colchicis omnium præter
 bellum intulerunt *Genebrard*; ad
 pora *Abimelech*. *

Amazones Schyticæ feminae

dictæ, quod mammis carerent ἀμαξός
sine mamma; has enim sibi refecabant
 in juventute, & inurebant, ne impedi-
 mento essent ad pugnam.

Alij derivant ab ἀμα & ξῆν tanquam in
 commune vel simul viventes: quia sine
 pane caribus tantum idque com-
 munitibus sumptibus victitabant. Juxta
 Tanaim fluvium, per centum annos sæva
 bella confecerunt, tam in Asia quam Euro-
 pa, usque ad bellum Trojanum, in quo
 Penthesilea à Pyrrho occisa est, cum suppe-
 tias Trojanis allatura copias suas adduxisset.
Iustin. histor. lib. 2. Antiopa, Orithrica, Hippelisa, Oristia Amazonum reginæ fue-
 runt; floruerunt, maximè circa a: 2833.
Theseo regnante Athenis, quem etiam A-
 mazonum ducto exercitu ex majore Asia
 per Podoliam & Thraciam Athenas usque
 fortiter per integrum mensem continuatis
 insultibus & præliis oppugnârunt, sed
 maximo suarum damno, passim tum ante
 Athenas, tum in reditu cæsis in via Ama-
 zonibus; de his *Curtius, Solinus, &c.*

Varia etiam prælia hac ætate ex-
 arserunt inter populos, quorum causa
 præcipua fuerunt diversi raptus mu-
 lierum ad an. 2727. & circa illa tem-
 pora

H 2

pora

pora referunt historici raptum *E*
pa factum à Cretensibus, quibus *ber*
 præerat *Iupiter* vir inter illos *pr*
 puus, unde à *Jove* tauro avecta *mo*
 tur, quia navis, cui taurus insigne *der*
 avecta est. Hoc autem raptu *Cre*
 ses uli sunt injuriam à Phœnic *est*
 acceptam, quia *Argos* profecti *bu*
 am *Inachi* antea rapuerant. * *Me*
 rapta à *Iasone*. * *Hesiones* ab *Hercu*
Harmonia à *Cadmo*. * Et ab *Edi*
 sive *Orco* rege *Molossorum* *Prosp*

Hujus regis canis quidam ingentis
 nitudinis *Cerberus* nomine, *Pyri*
 ad raptum uxoris cum *Theseo* venerat
 vorasset, nisi *Hercules* in mortis per
 constitutum liberasset, ob id, quasi
 feris receptus fingitur.

Ex his verò raptibus crebra
 undique exarserunt. Unde *Per*
 pud *Herodotum* ajunt; *Sequidem*
re virorum injuriorum factum esse
nas rapere; amentium verò raptis
cedis operam dare; prudentiam
nihil curare, quippè quæ nisi voluissent
pta baud dubiè non fuissent.

Bellum ingens & præ cæteris cele-
 berrimum arsit hac ætate integro de-
 los præcennio ob raptum *Helena*, quam pri-
 vè et à *Thesens*, ac deinde *Paris* *Alexan-*
der rapuit. Scilicet ex una muliere
 illa *Mias* venit malorum. Pugnatum
 est, ut ait *Dares*, annis decem, mensi-
 bus sex, diebus 12 Ad Trojam: corru-
 erè ex Argivis 886. millia; ex Troja-
 nis autem 676. millia ceciderunt, pro-
 dita tandem Troja in Græcorum ve-
 nit potestatem, direpta & concrema-
 ta, & omne simul nomen Trojanum
 excisum, *Aneâ* tantum in 22. navi-
 bus cum tribus millibus ac quadrin-
 gentis omnis ætatis totius regni reli-
 quis in Italiam transportante, & aliis
 paucis cum *Antenore* novum regnum
 meditante, remanentibus.

Urbi capiendæ quia vis aperta sufficiens
 non erat, ficta pietas idonea fuit: equo
 scilicet ligneo in honorem *Minerva*, ut
 prætendebatur, tantæ magnitudinis ædi-
 ficato, ut per urbis portas introduci non
 posset, sed hunc in finem murorum par-
 tem aperire necesse esset. Qua viâ sic fa-

H 3 &â

Et latentibus ex insidijs Græci de nocte
gressi, urbem flammis ac cædibus
presserunt,

DUCES ARGIVORUM.

Memnon Rex Mycenarum & totius
Ætor exercitûs, electus unanimi
fragio post decennalis belli mole
fortiter toleratas, domum rediit
Clytemnestra uxore adjuvante
(quo cum, absente viro, adulterio
suetudinem habuerat) occidit
Agamemnonem filio, mortem patris in matre
Clytemnestra, quos interfecit, ulciscen
Chyllas, *Pelei* filius, & *Thetidis*, a
ne inter filios *Licomedis* sub mu
habitu absconditus & educatus,
tæ factus est fortitudinis, ut signi
superabile appellare velimus, &
Patroclus dicamus. * *Menelaus* Spartæ
hic *Helena* maritus erat, quam cum
ris rapuisset, & reddere nollet
totius Græciæ principes convoc
finito que tandem decennali bell
cepit. Nimirum tante molis erat,
tisque reducere scortum. * *Ajax* a
mone natus, proximus ab *Achille*

itudinis laude, qui cum *Hectore* singulari certamine congressus est, sed nocte pugnam dirimente re infectâ ad suos rediit, ab *Hectore* gladio donatus, quem ipse vicissim baltheo donavit, dono utriusque fatali; nam eodem gladio insaniens *Ajax* se postea interfecit; & *Hectoris* corpus eodem baltheo involutum circa *Patrocli* tumulum tractum est* *Ajax* filius *Oilei* Rex *Lovensium*, tantâ erat fortitudine ut extremis pedum digitis hastam fortissimè vibraret. Hic est, qui captâ Trojâ in ipso *Minerva* templo *Cassandram* Virginem violavit* *Diomedes*, *Tydei* filius princeps *Aetoliae* celeberrimus, ob captos *Rhæsi* equos, Palladiumque Trojanis subtractum, & ob Monomachiam cum *Aenea* habitam* *Ulysses*, *Ithaca* Princeps & *Dulichii* Insularum: Vir vafer consilio, egregius bello, laborum patientissimus, sed insanus in amoribus; adeo enim amavit *Penelopem*, ut reliquis principibus ad Trojanum bellum

lum proficiscentibus ipse simul
 insaniâ speraverit se tanquam in
 lem bello, domi relinquendum;
Palamede autem filium *Telemache*
 subter aratrum subijciente (litus
 nim *Ulysses* arabat, & salem semina
 bat, ut insanum se populo exhibere
 deprehensus est, non veram, sed firmi
 latam præferre insaniam, unde bell
 se associare coactus est, in quo insani
 nem præclarè gestorum famam
 portavit.*

Idomeneus Cretensium Rex contra
 Trojanos multipliciter strenuè pug
 navit; sed infelix in reditu post Troiam
 jam expugnatam; Obortâ enim tempe
 pestate, cum in patriam navigaret
 Neptuno votum fecit, si incolumis
 vaderet, se immolaturum eum, quod
 primò sibi occurreret; habuitque
 te omnes occursum filii sui, quem
 immolare vellet, à suis pulsus fugit
 in Calabriam.* *Nestor* Pylus
 etus à *Pylo*, filius *Nelei* & *Chloris*
 miles trium sæculorum experient

clarus; trecentos enim annos vixisse
fertur. De hoc *Agamemnon* fassus est,
se illum brevi expugnaturum. Side-
cem *Nestores* numeraret in exercitu.
Præter experientiam militarem infig-
nis fuit orator, ut melle fluere dice-
retur * *Patroclus*, *Menæti* filius ab
Hectore, quo cum, *Achillis* armis indu-
tus, congressus erat, confossus est.*

DUCES TROJANI. *Hector*, *Pria-
mi* filius Dux fortissimus ab *Achille*
tandem interemptus; à quo etiam bi-
gis alligatus circa *Patrocli* sepul-
chrum, *Trojaq;* muros tractus est, in
ultionem, quod amicissimum *Achillis*,
Patroclum occiderit.* *Deiphobus* for-
tissimus inter *Trojanos* filius *Priami*,
qui *Paride* interempto *Helenam* uxo-
rem duxit, cujus tamen dolo, & pro-
ditione à Græcis interfectus est, quos
illa in cubiculum dormientis intro-
duxit.* *Troilus* filius *Priami*, quo vi-
vo *Troja* capi, non potuit, fuitque
mors tanti Ducis fatalis *Trojanis*.*

Helenus æque amicis ac hostibus cha-
rus,

H 5

rus, à quibus etiam facta Trojæ statione benignè ac liberaliter habitus est. Factus deinde conditor urbis in *Chaonia*, quam ad *Troja* similitudinem ædificavit. * *Memnon*: hic cetera maxima populorum Orientalium pietà in auxilium venit *Priamo*; in pugna autem ab *Achille* occisus est.

Antenor Trojanus existimatur proditor suæ patriæ fuisse, nam & legatos, qui venerant ad *Helenam* repetendam, suscepit, & *Vlysem* intra Mœnem dissimulato habitu cognitum, manifestavit. Captâ Trojâ conlucit se cum *Paphlagonibus* in intimis sinibus maris Adriatici, ibique urbem condidit, non procul à mari, *Patavium*, hodie *Paduam* dictam. *

Aneas quoque suspectus habetur de prodicione, & non absque argumētis socius putatur *Antenoris*, & ipse auro prius expugnatus fuerat Græcis, quam armis. Anigitur proter urbem proditam, an verò propter eximiam pietatem in patrem suum

Anchisen, quem è flammis humeris
 suis impositum extulit, liberum Æne-
 am cum familia sua multisque Troja-
 nis ac navibus 22. Græci dimiserint,
 incertum est. Plùs fortè propter vir-
 tutem in patre efferendo exhibitam;
*sola enim virtus tam pulchra est, ut etiam
 in hoste non displiceat, & inimicos animos
 expugnet.**

Helena quæ prima fax fuit incendij
 Trojani, filia fuit *Tyndareti*, & prop-
 ter eximiam formæ præstantiam à 30.
 principibus Græciæ, ut numerat *A-*
pollodorus, in conjugium petita, quos
 inter fortunam & sponsam habuit
Menelaus.

Itaque mirum non est, omnes Græciæ
 principes ad ulciscendam injuriam raptus
 arma contulisse; *Vlyssi* enim prudentiâ res
 ita transacta est, ut omnes principes con-
 sentirent in nuptias cum *Menelao*. Non vi-
 detur autem verisimile, Helenam indicto
 jam & illato Trojanis bello Trojæ reten-
 tam fuisse; Credibilis est, quod *Herodotus*
 scribit, Helenam unâ cum præda, quam
Parius exerat è Græcia, ad *Proteum* Regem
Ægypti tempestate delatam esse, ibique
 H 6 Affer-

asservatam : Cujus rei fidem, licet affirmantibus Trojanis, Græci habere noluerunt; sed inceptum bellum fortiter prosecuti sunt, donec expugnatâ Trojâ veritate patefacta est, & Menelaus à Proteo Ægypti rege Helenam suam recepit. *sed nec possunt* inquit Herodotus, *reddere Helenam nec veritatis dicentibus Græci fidem habebant.* Numine, quod sentio sic disponente, ut factitius eversi Trojani planum facerent Numenibus magnarum injuriarum magnas à Deo esse ultiones. Hæc Herodotus, cujus opinionem sequitur Diodorus Siculus, Et his quod dē certius, quā Poëtis assentiendū videtur.

S. 11. Memorabilia ab anno

2544. ad an. 2940.

EX SCRIPTURA SACRA.

Chnaï posteri Iethro & cognati Moysis an: m: 2604. ascendentes de Civitate Palmarum, & venientes ad filios Judæ, ut habitarent inter eos Monasticæ vitæ & Anachoreticæ fundamenta jecerunt; quæ deinde in Rechabitis propagata est. De quibus apud Ieremiam cap. 35. quoniam in domibus, sed in tabernaculis seorsim habitabant, veluti etiam Haber Cmans, de quo lib: Iud: cap. 4. ita Serarius. An

Anno 2622. ortum suum habuit idolum *Micha*, cujus mali origo fuit femina quædam superstitioni dedita, origine Ephraimita vidua, & vetula, & dives; mille enim & centum argenteos in sculptile destinavit. Artifex autem criminis fuit filius ejus nomine *Michas*, hic pecuniam à matre acceptam expendit partim in duplex Idolum, alterum conflatum, alterum sculptile, & partim in ædiculam & ornamenta vestium Sacerdotalium, fecitque *Ephod*, *Teraphim* &c. & unum ex filijs suis primò, ac deinde peregrè venientem unum ex Levitis fecit sibi & suo Deo Sacerdotem. Idolum hoc *Micha* rapientes Sexcenti viri Danitæ unà cum Sacerdote fecerunt, totam tribum Dan abominabili idololatriâ contaminaverunt, duravitq; hujus idoli cultus ab anno 2622. ad 117. annos. *Jud. cap. 17.*

Inter habitatores *Gaban* viri septingenti inventi sunt fortissimi, ita *Sinistrâ ut dextrâ prahantes, & sic fundes lapides*

pides jaciendi periti, ut capillum quoque
possent percutere, & nequaquam in alti-
ram partem ictus lapidis deferretur. an.
2622. De his Scriptura *Iud. 19.* * Vel-
lus Lanæ à *Gedeone* expansum in area,
undequaq; aspersâ rore, sed solû vel-
lus aridum, in signum victoriæ obti-
nendæ ab hostibus per manum *Gedeo-
nis* an. 2768. *

Milites *Gedeonis* habiles ad pugnam
in haurienda aqua probati: qui more
canum lambebant projecti in litus
repudiati; qui ex manibus lentè hau-
serunt, apti habiti ad præliandum,
Trecenti viri ex 30000. & isti hydris
testaceis, & facibus totum exercitum
Zabee & Salmana fuderunt. *

Gedeon ex præda pretiosa bello parta
jussit fieri *Ephod* ad imitationem illius,
quod habebatur in *Silo*; cumque esset opus
eximie pulchritudinis auro ac gemmis
præstantissimum, & divinitus per illud re-
sponsa darentur, *Israëlitæ* rudes ac prom-
ad idololatriam ingenio pro Deo suo ado-
rare cæperunt, factumque est *Gedeoni* &
omni domui ejus in ruinam, dicit *Scriptu-
ra. cap: 8,* absque tamen culpa *Gedeonis.*

Votum

Votum *Jephthæ* de immolanda filia
ejusque executio post obtentam vi-
ctoriam. *

Mos exinde increbuit in Israël & consuetu-
do servata est, ut post anni circulum conve-
niant in unum filia Israël & plangent filiam
Jephthæ Galaatidæ diebus quatuor. De hac
consuetudine **CHRYSOSTOMUS**, hæc au-
tem anniversaria celebritas apud gentes
alias in superstitionem abiit; Samaritani
enim hanc *Jephthæ* filiam in numerum Dea-
rum retulerunt, & solenni quoq; sacrificio
coluerunt. Itemque postea de *Sichimitis*
narrat Epiphanius, quo scilicet modo eti-
am impiæ Hebrææ apud *Ezechielem* Pro-
phetam plangebant profanum *Adonidem*. *

Ex hoc etiam Sacrificio *Jephthæ* natum esse
Sacrificium *Phigenia* filia *Agamemnonis* qui-
dam prodiderunt, quam ipse pater motu-
rus cum Græcis contra Trojam facto voto
Diis immolavit pro obtinenda victoria. *

Sampson miraculosè per Angelum
prædicitur a: m. 2860. & in Sacrifi-
cio divinitus accenso *Manua* & *Elu-
ma* confirmatur, & Jubetur fieri Na-
zaræus. *

Nazaræorum institutum, de quo *Num:*
6. & cujus instituti deinde factus est *Samp-
son*, tale fuit, ut conveniret tum viris tum
mu.

mulieribus, quæ speciali devotione se Deo consecrarent, vel à parentibus ipsis Deo dicarentur, vel à Deo ipso postularentur ex quacunque tribu essent, idque tam à certo aliquod definitumque tempus, quam in totam vitam: Cavebant ergo à vino quacunque potione, quæ ebrietatem inducere posset, & ab esu uvarum & à cibis immundis lege definitis; neque radi neque tonderi eos oportebat, & radi quidem vetitum erat omnibus Judæis, nisi causa morbi; at Nazaræis nequidem tonderi licebat ab immunditia cadaverum maximè eis cavendum erat; ne irritus fieret eorum Nazaræatus, rursusque inchoandus esset, ut *Abulensis, & Serarius.*

Sampson ex alienigenis Thamnathæ filiabus uxorem petit, non obstante prohibitione Domini, ne cum Chananæis contraherentur connubia ab Israëlitis; factum enim id esse sine peccato & Domino inspirante *S. Ambrosius* probat ex textu. *Ignorabant autem parentes ejus, quod à Domino hoc esset.* Sponsam quærens leonis incursum sustinet, & vincit ac discerpit, in cujus cadaveris ore revertens ad eum locum *Sampson* mel reperit.

Unde *Ænigma* proponit convivis: de
 fori egressa est dulcedo, & de comedente
 exivit cibus. Cujus solutionem Philis-
 thæi per mulierem fraudulenter ex
Sampson elicitam eidem reddunt, ab
 eoque 30. virorum, ex *Ascalonitis*,
 cælorum, tunicis vicissim juxta pa-
 tium solvuntur, sed & uxor *Sampsonis*
 uni ex 30 Philisthæis, qui solverunt
 ænigma, spreto *Sampson* nubuit. Un-
 de *Sampson* in uxorem, in parentes, in
 socios Philisthæos, ac totam gentem
 causam accepit implacabilium ira-
 rum. *Itaque ad vindicandum inju-
 riam ratus cum dolosis vulpibus vul-
 pinandum esse, trecentas vulpes, cau-
 dis ad caudas conjunctis, & facibus
 accensis in medio illarum ligatis, in
 segetem Philistinorum immittit, &
 voracissimo incendio depopulatur.
 Auctore verò tantæ cladis cognito,
 Socer *Sampsonis* ac filix Soceri, cum
 adibus & omni familia, decreto pro-
 cerum Philistinorum exuruntur.

Rident & protervè irrident hanc histori-
 am profani homines, tanquam fabulam, ha-
 ben-

bentes: sed quomodo credunt, inquit *Sarrarius*, multitudinem ranarum, locustarum muscarum, coturnicum infinitam in *Exodo* & rident vulpes trecentas in *libro Iudicum* tanquam fabulosas? Et quid mirum hominem fortem atque etiam venatorem, ut credibile est, insignem, si præsertim socios venationis ac comites adhibuit, in solo feracissimo vulpium, in spelæis montium Modinzorum, hanc celerem capturam fecisse, illo quoque peculiariter concurrente ad hanc prædam, de quo *Jacob* dicebat *Gen. 27. Voluntas Dei fuit, ut citò mihi occurreret, quod volebam.*

Sampson à suis persuasus, vincitum se in Castra Philistinorum portari permittit, ibique ruptis funibus apprehensâ maxillâ asini vir unus mille viros sternit, exercitumque totum in fugam abigit. *Iud. 15* asinos scilicet stolidosque Philisthæos asino castigavit; ipse autem ex dente molari ejusdem asininæ maxillæ precibus suis ad Deum in summa siti fufis, limpium fontem elicit. an. 2881. * In urbe Gaza mediâ nocte ambas fores portæ cum postibus suis & serâ ap-
pre

prehendens, impositasque humeris suis portat ad verticem montis, qui respicit *Hebron*, elusitque Philisthæos ad alteram portam urbis, quæ egressum expectabant frustra excubantes an: 2884.

Post mortem *Sampsonis* (de qua intertragicos eventus hujus ætatis) *Heli* fit iudex simul & pontifex Hebræorum an: 2900. eodemque anno precibus ab *Elekana* & *Anna* obtinetur *Samuel*. * Idem anno 2903. Deo & templo post annos ablactationis dedicatur. * Deus quartâ vice apparet *Samueli*, jubetque denunciare *Heli* nimium filiis suis *Ophnio* & *Phinees* indulgenti, cladem. Cætera in tragicis eventibus.

Ex Profanis.

Quemadmodum Deus hac ætate quasi parturiit Ecclesiam suam in *Abrahæ* familia, ita *Satanas* suam *Synagogam* in gentibus stabilire conatus est. Ut fidem in venturum *Messiam* Deum ac hominem nasciturum in terris obscuraret, & ancipitem redderet, homines excitavit, eosque potissimum

simum in Græcia veluti Phanaticorum Deorum natali solo, ac seminario, qui insanè facundo ex cerebro suo Deorum innumerabilem copiam procreaverunt. *Saturnos* varios & *Ioves*, *Mercurios*, *Apollines*, *Neptunum*, *Vulcanum*, *Iunonem*, *Cereram*, *Dianam*, & eò usque crevit amentia, ut non solum viros ac sceminas factis illustres & dignas memorari, sed etiam pessimos quosque divinitate Utopica donarent, ut etiam *Cynaras* Cypriorum rex non erubesceret *Venerem* prostitutam meretricem inter Deas, easque majores referre; qui furor hominum maximè insaniit ad tempora *Moyse*, *Josue* ac Judicium, quando & seges immensa crevit Græcarum fabularum, quibus velut *Zizaniis* inspersis historica veritas passim infici, & opprimi cœpit, ut difficile sit studiosâ indagine veritatem è fabulis feligere.

Idololatriam plurimum promovit divinandi varius usus inter gentes, mirè in omnibus Dæmone colludente: *Telsnisei* excoluerunt suam divinationem ex insomniis. **Cares* ex altris* *Phryges* & *Isaurij* ex avium volatu. **Cyprij* ex eviscerationibus victimarum. *Persa* ex Magia, cujus etiam inventores & Magistri prædicabantur, Astro.

Astrologicam sapientiam cum stulta
Idololatria permiscentes & corrup-
pentes; planetas enim & sidera colue-
runt, non tantum ut Simulachra Deo-
rum, sed etiam ceu divinitatis inhabi-
tantis domicilia, & sedes, ac veluti
ipla Deorum corpora, ex quibus divi-
næ virtutes sensibili influxu hæc in-
feriora moderarentur.

Neque defuit Spiritus mendax, ut
veri Dei locutiones hominibus, sui
cultus, factas falsis oraculis imitare-
tur. Sicut enim Deus apud Hebræos
duo genera oraculorum instituit, *U-
rim & Thummim in Ephod*; ita Dæmon
duas quasi cathedras oraculorum e-
rexit inter gentes, oraculum scilicet
Hammonium & Dodoneum. *Hammo-
num* fuit in Lybiæ desertis locis, ubi
Jupiter Hammonius, id est *Arenarius*
dictus ingenti populorum concursu
in templo augustissimo & in forma
arietis colebatur, fundebatq; respon-
sa. *Dodoneum* autem erat in Græcia
propè *Dodonam*, cui vicinum erat ne-
mus

mus querneum, in quo *Dedoneus* *Jupiter* Consulentibus per duas Columnas, dæmonis fraude vocales, oracula edere credebatur. Hæc ad tempora *Moyſis* refert *Genebrar*.

Huc pertinent etiam varia memorabilia & vera quæ in caligine fabularum involuta sunt. * Circa a. m. 2821 *Minos* Rex & Legislator rigidus Cretensium *Minotaurum* habuisse dicitur, monstrum ex homine & tauro genitum ac semiferum, cui Athenienses victi à *Minoe* quot annis septem pueros ac totidem virgines annuo tributo pendere cogebantur à *Minotaurum* depascendos. Sed veritas historica est, *Minotaurum* hunc fuisse alium quem *Minois* præfectum nomine *Taurum*, naturâ crudelem & inhumanum, præsertim erga subditos Athenienses, quos *Minos* bello devicerat, & hunc pueros singulis annis tributum loco missos dirè vexâsse & interfecisse inter ludos *Androgeo* habitos, quem deinde *Theseus*, ultor injuriarum &

crudelitatis exercitæ, prostravit. *
Minos autem fingitur Infernalium
Judex severus, quia mare à latronibus
liberavit, eosque promeritis suppli-
ciis affecit.

Circa A. a: 2822. *Dadalus* applici-
tis alis cum *Icaro* volâsse Scribitur
trans mare. Historia talis est: *Dadalus*
à Minoë in vinculis cum *Icaro* filio de-
tentus, eo quòd capitalis fraudis dam-
natus esset, fugâ clandestinâ elapsus
est & ad *Inycum* (Urbs ea est Siciliæ,
ad Regem tùm temporis *Cocalum* eva-
sit, Navi velis expansis velocissimâ
usus, & hæc fuga velox volatus ille
est, de quo Poëtæ, *Icaro* autem eâdem
in fugâ submerso affinguntur alæ ce-
reæ, quasi radiis solaribus liquefactæ.

Circa a. 2672. visus est *Phryxus* por-
tari ab ariete velleris aurei in *Colchi-
dem*, vehebatur nimirum navi, cujus
insigne fuerat aries, & quia *Phryxus*
cum sorore sua *Hella* fugiens insidias
Onis novercæ suæ Thesauros secum
devehebat auri & argenti, in *Colchide*
custo-

custodiendos à Rege ejusdem Regio-
nis, dictus est aries aurei velleris; &
ab *Hellâ* sorore sua in eâdem fugâ
submersa nomen accepit *Hellepontus*.
Ita *Eusebius*.

Ad thesauros hos recipiendos postea
Jason cum quinquaginta selectissimis ex Græ-
ca juventute heroibus, quos inter præci-
pui erant *Castor & Pollux*, *Telamon*, *O-
phion*, *Hercules*, *Hylas* &c. per mare fortis-
simè instructâ *Argo-navis* in Colchidem ve-
tus est, expugnatâque thesauri custodia
hoc *Phryxao Vellere* potitus est. *Argo navis*
autem dicta est ab *Argo* qui construxerat
tüm etiam ab *Argivis*, qui eâ vehebantur.
Hæc ad an. mundi 2821.

Circa an. 2709. *Bellerophon* alato
equo, cui nomen *Pegasus* per auras e-
vectus, & victor factus *Chymæa*. Res
ita se habet: *Bellerophon*, *Glauci* filius
ac *Corinthis* natus, & veluti Græco-
rum, castitate *Joseph*, à *Sthenobæa*
Præti uxore ad flagitium invitatus
iteratò repulsam dedit. Unde furio-lavan-
sa mulier insanum amorem mox incervu-
implacabile odium convertit, juve-devor-
nemque apud maritum calumniis ap-
peti-
juve-
fitm-
se gl-
belc-
Pega-
quan-
A-
put c-
guife-
mere-
patre-
dom-
tonid-
tem a-
pit, p-
in m-
tulit.
auter-
cond-
Cir-
lavan-
incervu-
devor-
ap-
peti-

petivit, qui credulus uxori pudicum
 juvenem navigio in *Lydiam* transmi-
 sit mortem ibidem afficiendum, ubi ip-
 se gloriosior effectus est, invidiam ta-
 belcente *Sthenobæâ*. Equus igitur seu
Pegasus alatus, navis erat, & *Chymera*,
 quam interfecit meretrix *Sthenobæa*.

Ad annum 2743 celebre fuit ca-
 put *Gorgonis*. Nimirum fuit illud an-
 guiferum caput *Medusa* fortissimæ
 meretricis, quæ filia fuit *Phoricæa*, &
 patre mortuo truculenta tyrannide
 dominabatur, accolis ad paludem *Tri-
 tonidem*. Hanc in venatione vagan-
 tem *Perseus* cum suis copiis interce-
 pit, præcisumque caput horrendum
 in modum deforme in Græciam re-
 tulit. Ita *Proclus Carthaginensis*. Erat
 autem *Perseus* Myzenarum Rex &
 conditor, bellicosissimus.

Circa annum 2761. *Atlaon Dianam*
 lavantem libidinosè specularis in
 incervum conversus & à suis canibus
 devoratus est. De hac fabula ita *Pa-
 aphiam*, Venator fuit quidam *Arca-
 dictus*

dicus vir prædives, qui venatione
amore plurimam canum turmam ab-
bat, cumque in montibus ac syl-
perpetuò vagaretur, rerum domesti-
carum incurius, neglectis, tum Oeco-
nomicis tum Politicis negotiis, sol-
feris agitandis sese impenderet, et
ratione, ad inopiam redactus dicitur
à canibus suis consumptus. *

Circa an. 2820. ideoque non pro-
cul à *Sampsons* mira fortitudine ex-
celluit *Hercules*, hominum monstra-
forum ferarumque domitor, nec ali-
terius nisi soliùs turpis amoris ma-
cipium, & servus *Omphala*, ancilla
Inter cæteros innumeros penè lab-
res hydram multicipitem interfectam
hanc hydram repullulatis novis o-
pitibus formidabilem, scribit *Plinius*
fuisse quendam versutissimum Sopi-
ftam *Hydrum* appellatum, qui Sopi-
matis suis callidissimos quosque
tricabat. * *Herculis* mortem *Eusebius*
refert ad an. 2854. dicitque incidisse
in morbum pestilentem, cujus

impatiens semet in flammis projec-
rit, sicque vitam finivisse. *

Ad an. 2887. refert *Eusebius* ea, quæ
Ulyssi circa *Scyllam* & *Charybdim* &
Sirenas acciderunt, de quibus multa
Poëtæ; de *Scylla* autem *Palephatus* ita
scribit: *Tradunt, quod in Tyrrena Re-*
gione fera quadam fuerit, qua mulier quo-
dam usq; ad umbilicum esset, canum vero
capita exinde ei nata sint, ac corpus reli-
quum serpentis haberet. Talem autem na-
turam credere stultum est. Veritas ergo
hujusmodi est. *Tyrrenorum* insu-
læ erant, quæ cuncta circum vicina
Siciliæ, *Jonijs*que finis, loca, depræ-
dabantur; habebant autem hi Insula-
ni prædones, tum temporis navim a-
liquam, cui *Scylla* erat nomen & hæc
sæpius prætervehentium navigia ce-
leritate sua affecuta spoliū tulit. Un-
de passim de hac *Scylla* prædatrice fa-
ma volavit. Hanc autem navim *Ulysses*
secundis, & vehementibus ventis
usus, effugit. *Sirenes* autem dicit *He-*
rony

ronymus fuisse meretrices regionis illius quæ navigantes deciperent.

Fuit quoque ad annum 2899. alia quædam *Scylla* celebris, filia scilicet *Nisi*, Regis *Megara*, hæc cum *Minos*, qui urbem obsidebat, amore flagraret, patri purpureum crinem, qui invictus esse credebatur, ex vertice præcidit, quo facto pater extinctus est. *Minos* itaque *Megarum* potius vincitam virginem è puppi præcipitavit in mare & submersit. Hæc Græcorum fabulâ involvit historiam *Sampsonis*, qui detonso à *Dalila* capillo victus est. *Dalila* autem cum cæteris *Philisthæis*, ruinis oppressis inter ludendum & convivandum. Neque *Dalila* vulgi quædam meretrix fuisse videtur, sed una ex filiabus primatum *Philisthinorum* ut *Salsanus*

§. 12. Eventus Tragici Et

Signa.

SERVITUS ISRAËLIS IN ÆGYPTO incipit
cepit an. m. 2451. sub *Amenophis*

ab Africano dictus *Amenophis II*, sub
cujus regiminis anno 27. & servitutis
anno 14. natus est *Moses*. Duravit
igitur hæc servitus usque ad exitum
ex *Ægypto* ferè integro sæculo, annis
scilicet 97. fuitque afflictissima. Pre-
mebantur enim & exhauriebantur tri-
butis, fraudabantur mercede pro o-
pera sua, & laboribus, cædebantur
flagellis, etiam primarij *Israëlitarum*,
afficiebantur opprobrijs, ad sordidif-
sima ministeria adigebantur, parvuli
eorum submergebantur, unde metus
in *Judæis* continuus, tristitia pallida,
& rerum mæstissimarum lurida faci-
es, donec ascendit clamor eorum ad *Do-*
minum, & recordatus est fœderis, quod
cepigit cum *Abraham*, *Isaac* & *Jacob*
de terra danda semini eorum in pos-
sessionem sempiternam.

SERVITUS Hebræorum post mor-
tem *Josue* sub *Cusan Rasathaim Ind.*
cap. 3. v. 8. a: m: 2623. Iratusque con-
tra *Israël Dominus* tradidit eos in manus
Cusan Rasathaim regis Mesopotamie.

servieruntq; illi octo annis. de hac servitute Josephus. Irato Deo felicitas populi multis laboribus acquisita, per luxum & voluptatem brevi interijt; nam bellum Cusarte regi petiti & in acie multos amiserunt, & oppidatim infestati, aut vi deditione ejus in potestatem venerunt. Deinde tributis iniquioribus gravati, & alias varias injurias ferre coacti sunt. In octo annos; donec clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis salvatorem, liberavit eos per Othonielem a: m: 2621. ita ut totus exercitus Cusani deleretur, & quod scribit Clemens Alexandrinus rex ipse interficeretur.

SERVITUS Tertia fuit sub Eglone Moabitarum rege, annis octodecim. *Ind. cap: 3. ab an. m: 2621. usque ad annum 2669. quo soluta est ab Asa.* De hac servitute conformiter Scripturæ Josephus scribit: aliquot praelijs quodam Hebraei Eglonem exceperunt, sed omnibus victi postquam ferociam jugum acciperunt, tum tributarii facti, rex victor translato Jerichuntem domicilio modis omnibus

plebem vexavit, ita ut in summa miseria per annos octodecim degerent; Usque dum Aod, genere Gerarites, tribu Benjamita, ætate juvenis, & magnanimus utraq̃ manu pro dextra utens, ut ait Hieronymus, & à Deo ad hoc arduum opus liberationis suscitatus, munera simul obtulit, à populo tributi vel gratiæ promerendæ causa submissa & simul sedentem in folio suo *Eglonē*, ancipiti, sive geminæ aciei gladio hunc in finem præparato percussit, ita ut gladius in corpore pingui infixus hæreret, animamque tyrannus cum stercore per ventrem evo-meret, *Aod* autem per posticum securus, nondum patefacto facinore elaberetur. Cæso tauro pingui *Eglone* (erat enim crassus nimis *Judi* 3.) grex reliquus Moabitarum facile dissipatus & victus est, pacataque Palæstina & soluta est servitus Moabitica usque ad mortem *Aodi*; Tunc enim Philisthæi, quos 70 vocant *Allophylos* seu alienigenas, iterum excurrere

& more latrocinantium prædas agita a
inceperunt. Sed perterriti *Samgar* illor
aut potius, *Samgaris* facinore pul
cam hostilitatem tantisper cohibe
runt.

Agrum enim colebat *Samgar* iunctis
tro bobus, cum derepente prædato
manus Philistinorum sese in conspectu
dedit, inque *Samgarem* facto impetu, con
tur boves eripere, & ipsum in servitute
abstrahere, vim & iram suscitante inju
& arma ministrante furore, *Samgar*, c
aliud telum ad manum non esset, arrip
dentali, cum vomere quò terram pro
debat profilit in pugnam, strenueque
cum ducto partem in omnem ferro,
gas, vulnera, & funera dividit; &
Philisthæorum sexcentos trucidat me
rando facinore, docens exemplo suo
tam telo, quam manu forti obtineri vict
riam. Sic repressa est latruncolorum
dacia & reddita viis securitas, urbibus
pagis quies, a: m: 2720. *

SERVITUS quarta (cum Ægypti
câ) & tertia post Josuam, sub *labo*
incepit a: 2721. Israële enim ad vi
mitum redeunte, & graviter pecca
te, *Jabin* Cananæus surrexit, eosque

as agita afflixit, & in tantam desperationē res
emgillorure adduxit (sic refert Josephus)
nt libenter incolumitatem tributariā ser-
vitate paciscerentur, quam per viginti
annos ferre sunt coacti, præ nimia servi-
tute caput non audentes attollere, etiam
Deo sic volente, qui nimiam gentis contu-
maciam & maximè Idololatriam &
ingratitude retunderet. Igitur vige-
simum jam annum sub Iabini Regis
Asoeorum in Chananitide, & Sisara
ducis imperiis ingemiscentibus He-
bræis Deus salutem tandem per fœ-
minas tulit, per *Debboram* & *Iahel*:
illam hortantem, ut exstimulati Du-
ces Israël, ac præcipuè *Baracus* Ju-
dex cum decem millium exercitu in
hostem moverent, pugnarent, & vin-
cerent: hanc verò, in fugitivo *Sisara*,
(quem hospitio excepit, lacte potavit,
dormientemque clavo terræ affixit,)
egregio facinore triumphantem. an-
no mundi 2741.

Sed quid hoc? licuitnè *Iaheli* occidere
Sisaram hominem fœderatum? amicum?
hospitem? dormientem? nunquid hoc jus

h l gca

gentium infringere, & juramenta ac
 sta violare; & pactum *Iabinum* inter
Cinaos initum eo tempore invalidum
 quo *Iabin* Hebrææ gentis publicus in
 & hostis fuit; erat enim gens Hebræa
 sanguinitate juncta *Cinais*; potuit ergo
 aperto Marte vel occultis insidijs ho-
 gentis suæ occidere, hostem scilicet
 deli impietate passim excurrentem aras
 Numinis, matrum inermes ventres
 cantem (qui *Sisara* furor erat) pueros
 ellasque sine numero contrucidantem
 terat perimere. Ad hoc per Prophe-
 dem *Debboram* declaratione publicâ
 ciente edocta, & privatim divinâ
 ratione ad audendum animata. Piè
 & rectè fecit *Iahel* virago generosa, quæ
 vis simul documentum reliquerit omni-
 noxia esse scæmiarum blandimenta,
 stolidè credi improbæ mulieri salutem
 quando etiam sub optima (qualis erat
hel) vir perniciem suam ac mortem
 molliti sunt sermones ejus sicut oleum, &
 sunt jacula Psal. 54.

SERVITUS quinta (quarta post
 suam) *Debborâ* & *Baraco* mortu
 Hebræi revoluti sunt, pro more su
 ad sacrilegam Deorum superstitionem,
 erectis Jovi Belo passim aris,

cis & simulacris. Offensus itaque Deus instrumentum vindictæ facilimum reperit, & immisit è propinquo Madionitas, Ammonitas, Moabitas, & Amalecitas, ab his malis, per septennium continuatis, defatigati, clamaverunt ad Dominum, & obtinuerunt Salvatorem *Gedeonem*, cujus fortitudine mirabiliter liberati. Trecentæ enim contractæ testæ immensâ strage contuderunt *Oreb, Zeb, Zebbee, & Salmanassar*, & ingentes Orientis opes a. m. 2768.

Gedeone vivis exempto, & Israëlitis una cum 70, filiis *Gedeonis* ad impura Jovis *Beli* sive *Baalis* sacra relapsis funesta tragœdia apparatus ab *Abimelecho* uno ex septuaginta filiis *Gedeonis* è matre *Sichimitide* genito Is enim ambitioso furore agitatus, fratres suos unâ omnes solo *Ioathamo* excepto (quæ latebræ, Deique cura discrimini subtraxerât) improvisos opprimit, & in publicum *Ephra* urbis scopulum productos, & concinnatis per calumniam criminibus oppressos, super uno lapide, securi, omnes unus post alium, in oculis totius civitatis, nemine ne linguam contra, multò minus manum movente, peremit, sicque fra-

terno sanguine sexagies octies intincta
purpuram sibi induit Rex, melius tyran-
nus Sichimitarum a: m: 280,

SERVITUS sexta vel post Josua
quinta, Iterum *Israël oblitus est Domini
sui, & operum ejus, & addidit facere
mala in conspectu illius.* Ergò etiam
rum, volente Domino, Ammonita-
rum armis toto fere vicennio oppres-
sunt, ab an: m. 2832. usque ad an:
2850. quando confitentes rei, profite-
nticorum fœderis arcâ, & extermina-
tis idolis *Baalis* seu *Iovis Belis* & *A-
roth*, sive *Astartes*, aut *Veneris*, puer-
runt cœlum precibus, & liberatores
obtinuerunt, *Iephthè* Galaaditem, pro-
tiosum emptorem victoriæ, pro qua
liam, voto promissam, Deo victori-
dedit.

SERVITUS septima (vel sexta post
Josuam) Repullulavit denùo veteris
herba mala, de radice vitiosa, idola
latría Hebræorum. Ergò rursus Do-
minus extendit gladium, permisitque
sub rege Philisthæorum ab an: 2860.
usque ad an: 2899. premerentur, &

pressi tandem Salvatorem sibi mitti implorarent: & Dominus nullis populi meritis, sed suapte misericordiam provocatus, submisit *Sampsonem*. Hic quidem victorias & libertatem non unam pugnam evicit: sed qui validus leonem suffocavit, victus à lupâ est, & qui messes incendit alienas, ipse unius mulieris incensus igniculo, virtutis suæ messem amisit. *Dalila* habitanti in *Sorec*, libidinis & turpis avaritiæ mancipio servum se fecit, qui missus erat, ut liberaret populum Iuum: ab eâ Philisthæis proditus, & excæcatus, sed denuò redeuntibus viribus, se unaque hostes eadem templi *Dagonai* ruinâ involvit an. 2899. ante Christum 1154.

Oppressorum numerum maximum fuisse inde colligit *Serarius*, quia in solo domus tecto, sive solario, erant circiter tria hominum millia, cum principibus Philisthæis, in singulis verò contignationibus, nihilò pauciores: in loco imo, & area longè plures; ita positus duabus tribusque per amplis undique fornicibus, quales in amplis domibus esse solent, plusquam viginti hominum

minum millia compressa videntur. Poterunt igitur ergo Judæi, si viri fuissent, nec otiosa nimis & imbellia voluptuosæ idolatriæ mancipia, omnes Philisthæos, in strage supra modum perterrefactos, facile servituti submittere.

Videtur autem nonnullis difficile creditu, quomodo ingens templum, in quo congregati ex universa ferè Palæstina, omnis conditionis, ac sexûs, homines cum principibus suis convenerant, duarum duntaxat columnarum collisione corrui potuerit, sed id fidem non excedere, faciunt annuet, qui *Plinium* legerit lib. 36. c. 1. & *Lipsum* in admirabilibus. Referunt etiam *C. Curionem* theatraduo juxta se invicem posita, amplissima fecisse ex ligno, supra versa versatili singulorum cardinum librante, in quibus potuit populus Romanus, non universus duobus cardinibus innixus, aère suspendi ac circumvolui. Ne igitur incredibile videatur potuisse fanum duabus præcipuis columnis inniti, eisq; collis corruere.

Cum crinibus autem rediisse *Samson* pristinas vires ita intellige, fuisse capillo veluti conditionem, sine qua *Samson* robore non præpolleret, & fortitudinem quæ erat illi gratis data, sublata postea fuisse ablati crinibus; vires enim pro-

propriè sunt in membris, manibus, pedibus &c. ad agendum idoneis, utpote organicæ qualitates, & non in capillis.

SERVITUS octava, populo in *Silunte* sive in *Silo* (urbs illa fuit in altissimo monte sita, haud amplius octo passuum millibus Jerosolymâ distans ubi tunc Arca religiosè asservabatur & circum positum Arcæ tabernaculum) vota nuncupante, quæque nuncupaverat, sacrificiis exsolvente; hæc de peccant filij, sacerdotis *Heli*, *Ophui* & *Phinees* per ingluviem suam, ac impudentem gastrimarchiam, adipem victimæ Numini adolendam, & quidquid electissimum erat, ex hostijs præripientes, contra ritus, & fas sacrificiorum; & quod alterum nefas erat, infrunitâ libidine pertrahentes in flagitium, cum cæteris mulieribus, illic vota exsolventibus, virgines etiam viduasque divinorum cultui sacratas. & tales, officij sacerdotalis adjutores, homines improbi & sacrorum prorsus ignorantes, indulgenter nihilominus, nec nisi molliusculè à Pontifice

tifice sene. admoniti sunt. Unde Deu
 rigidiore correctione usus contra
 raëlitas, Philisthæos iterum excitauit,
 collectis viribus à morte *Sampsonis*, &
 simul principum patrumque suorum
 strage, ac quadraginta annorù quiete
 robustiores factos. Conferuntur ergo
 signa cum Hebræis, & cæduntur qua-
 tuor millia Israël, reliquo exercitu
 sua se in castra recipiente. Adducta
 deinde ex *Silo* Arcâ redintegratur bel-
 lum, sed succumbit Israël cæsis 34
 millibus, capitur Arca, sacerdotis am-
 bo filij *Ophni* & *Phinees* occiduntur,
 mox, tristi rei gestæ nuncio accepto,
 retrorsum cum sella lapsus Heli ex-
 spirat. a. 2939. ante Christû 1114. uxor
 quoque *Phinees*, quæ prægnans erat,
 audito nuncio, quod capta esset Arca
 & mortuus esset *Phinees*, *incurvauit*
 & peperit; irruerant enim in eam do-
 lores subiti, & in partu mortua est;
 filium tamen, quem genuit, compellens
 lans adhuc nomine *Ichabod*, id est
ubi gloria? vel *ua gloria*, velut alij ex-
 pli-
 glori-
 A
 trium-
 fune-
 ge-
 pro-
 piffi-
 gra-
 & a-
 tior-
 D
 Da-
 oppo-
 ret-
 per-
 te-
 Sep-
 ria-
 tu-
 fen-
 eni-
 pal-
 pic-
 Gr-
 ad-
 bil-
 ne-

plicant, sine gloria, quia translata est gloria ab Israel & capta est arca.

Arca tamen ipsos Philisthæorum triumphos mox triumpho nobiliore funestavit, Deum enim ipsorum, *Dagon*, in cuius templo posita erat arca, prostravit in terram, fregitque, & turpissimo morbo *Azocios* afflixit, nam aggravata est manus Domini super *Azocios* & demolitus est eos, & percussit in secretiore parte natium *Azotum* & fines eius.

De morbo, quo afflicti sunt *Azotij*, ita David: percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit eis. Theodoretus sic explicat cum Josepho & Glossa: percussi sunt in sedibus & laborarunt exedentia ulcere, quod appellat Phagedænam. Josephus autem docet fuisse morbum dysentericæ; sed nemo existimet, inquit Theodoretus, esse discrepantes sententias; nam dysentericæ succedit morbus sedis, frequens enim excretio inflammavit partem eam, & passi sunt sedis morbum; ut qui arcam impiè locaverant. Josephus addit adhuc: Gravissima pestis *Azotiorum* urbem & agrum adorta est; correpti enim dysentericâ cruciabiliter moriebantur, nonnulli etiam interanea sua intestina vitiosa, morboque corrosa

evu-

evomebant; deieciabant videlicet unâ eum-
re, sanguine & vermibus intestinorum
vicissim prominentia cum doloribus acuti-
mis. Neque hæc peltis se continuit in
Azoto, sed in pagis etiam & latè in finitima
regionis totius grassata est. Addunt
tuaginta & ebullierunt villa, & agri in
dio regionis illius, & in navibus (vicini-
nim est mari civitas Azotim) & nati-
mures, & facta est confusio mortis magna.

De muribus ita Severus Sulpitius: In
mures per omnem regionem exorti, non
morsibus multa hominum millia letho-
bant. Comestor, computrescebant, inque
prominentes extales eorum, ita ut put-
facta intestina egererent, & mures ebu-
llocentes de agris corroderent eorum extal-
auctor mirabilium S. Scripturæ apud
Augustinum ait, *Convenienter Dominus
utramque pœnam paraverat, quatenus
misera animalia divino cultu venerabantur
per miserrima animalia in adventu Domini
legis, qua in arca erat, castigarentur, & qui
Tabernaculi Domini inter iora, id est, arca
extra limites suos portavere, hi inter iora
suorum foras prominentium sada clade affi-
gerentur.*

Per quæ quis peccat, plerumque fit,
per eadem puniatur sic punivit Deus irrita-
res S. Thoma Cantuariensis, qui amputa-
tâ equi, quo vehebatur, caudâ eum fecit
sa-

fannabant; sed Deus caudam eis rependit: nam omnes in posterioribus caudati effecti sunt, nec tantum ipsi, sed omnes eorum posterius, uti refert Polydorus Virgil: lib. 13. *historiar. Anglicarum.*

Videntes autem Azotij huiusmodi plagam dixerunt: *non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrum* 1. Reg: 5. Itaque Geibai miserunt arcam ad Accaronitas. Sed hi acceptare nolentes, consilium universim cum omnibus Satrapis Philisthæorum injerunt de arca remittenda, & restitutione quidem admirabili de qua Augustinus libr. 10. de civitate Dei cap: 17. *imposuerunt eam plastro, eique iuvenas subjunxerunt, à quibus vitulos sugentes abstraxerant, & eas, quò velent, ire siverunt, etiam hinc vim divinam explorare cupientes. At illa sine homine, sine duce ac rectore ad Hebraos viam pertinaciter gradientes, nec revocata mugitibus esurientium, vitulorum, magnum Sacramentum suis cultoribus retulerunt. Hac atque huiusmodi Deo parva sunt*

sunt, sed magna terrendis salubriter
diendisque mortalibus, hæc ad an. 294

Arca ubi attigit fines Bethsamitum, visâ eâ gavisi sunt gaudio magno Bethsamitæ, institutum mox sacrificium eodem in loco, ubi vacæ constiterunt, & vacæ in holocaustum Domino oblatæ atque omnium cum gaudio ingenti ac jubilo peracta. Extrema autem gaudij mox luctus occupavit; percussit enim Dominus de viris Bethsamitis, (eò quod viderent arcam Domini) septuaginta viri & quinquaginta millia plebis.

Sed quæ causa tantæ punitionis; neque enim temerè lætati sunt. Nempè quia viderunt arcam, id est, ut Pagninus vertit, & Iosephus insinuat, quia aspexerunt ea, quæ erant in arca Domini, sive quia introspexerunt in arcam Domini, aut curiositate solâ ducti, aut studio cognoscendi, aut Philisthæi abstulissent aliquid eorum, quæ in ea servari solebant, aut è contrario aliquid apposuisset, sicut donaria sua in capella ad latus applicarant. Unde etiam contigit, ut profanis manibus plerique, qui Levitæ nõ erant, eandem attrectarent. Hæc non contigerunt uno die, sed aliquot mensibus.

ses; Bethfamitæ enim arcam in suam civitatem conduxerunt, vicinisque civitatibus & oppidis præsentiam arcæ mox indicaverunt, unde longè lateque factus est populorum admirantium & plaudentium concursus.

Cum ergò Bethfamitæ quoque se propter arcam affligi viderent miserunt eam cum honore in Cariathiarim, ubi sine noxa incolarum permansit, posita in colle & commissa Levitarum curæ, neque in *Silo* reducta est, quia malè ibi peccatis filiorum *Helii* tractata fuit, unde Dominus locum in pœnam deseruit.

Post captam arcam, & remissam iterum, Hebræi nihilominus permanserunt sub servitute Philisthæorum. fueruntque, ait S. Hieronymus *miseriarum referti tredecim anni sequentes*, fuitque servitus tam gravis, ut Israëlitis de ea vindicanda & tollenda nequidem convenire, aut colloqui publicè, imò in tota terra Israël nequidem fabrum ferrarium habere liceret

ne

ne fortè facerent Hebræi gladium
aut lanceam. Præfidiis infuper Phi-
listhinorum in intimis visceribus con-
tinebantur & premebantur.

Contigit, a: m: 2960. ut populus con-
veniret in *Masphah* ad publicâ pen-
tentiam agendam convocatus à *Sa-
muele*, atque ad Deum placandum
abnegatâ publicè Idololatria, quæ
ubi Philisthæi experti sunt, exerci-
tum contra Israëlitas eduxerunt, &
congregatos obsederunt, victori-
tunc divinitus stetit à parte Israël.
Deo tonitruis, grandine & fulmine
pugnante pro Israël, à quo tempore
Samuel quietè judicavit Israël, quan-
quam non ita victus recesserit Philis-
thæus, ut non certis conditionibus
manifestè speciem servitutis præter-
rentibus subesset Israël.

* * * *

S Y

05 50 05 50 05 50 05 50 05 50 05 50 05 50

SYNOPSIS CHRONOLOGICA

Continens annos & Gesta trium
REGUM

SAULIS, DAVIDIS

ET

SALOMONIS

S Vastè abundantia materiarum, quæ
occurrunt in quartâ mundi aetate (quæ
Regum aetas est, memorabilium rerum fe-
racissima) trium istorum Regum gesta
particulari Synopsi comprehendere. Vnde
in rerum concurrentium copia evitabi-
tur confusio, & fiet æquior totius breviarij
hujus Chronologici in duas partes divisio.

ANNI & GESTA.

SAULIS & DAVIDIS

§. 1. Saulis & Davidis ortus.

*C*irca an. m. 2910. nascitur Saul,
filius Cis filij Jemini, quod idem
est, ac de tribu Benjamin, Majores Sau-
lis

lis fuerunt APHIA five *Abiach*, qui genuit *Bechorath*: * BECHORATH, qui etiam *Bacchir* dictus genuit *Seror* fratrem *Iared*. * SEROR genuit *Abiel*, qui etiam *Ner* appellatur, *Paralip. 8.* * ABIEL genuit alium *Ner* & *Cis*. * NER hic genuit *Abner*. * ABNER igitur fuit potenter truelis *Saulis*, & factus est princeps militiæ ejus, *Reg. 14.* * CIS autem genuit *Saulem*.

DAVID nascitur an. m. 2950. in parente Septuagenario, anno *Saulis* 50. ante Christum 1103.

An. m. 2961. filii *Samuelis* JOEL, etiam in 1. *Paralip. c. 6.* dicitur *Joel* & *Abias* constituuntur à *Samuele* (probabilius propriâ quàm populari auctoritate & electione) *Judices*.

An. 2962. filii *Samuelis* constituti *Judices* in *Bersabee*, prope *Idumæos*, cum à patris oculo remotiores essent, & declinaverunt à via recta, sectantes avaritiam, munera accipientes & iudicium pervertentes in gratiam scilicet eorum, qui munera largiebantur. Unde natus

majores populi, id est, optimates & Seniores deliberant de rege petendo à *Samuele*, eumque in Ramatha exposcunt, & urgent petitionem suam frustra dissuadente licet *Samuele*, & Deo petitioni eorum indignante, importunitati tamen annuente 1. Reg. 8.

§. 2. *Saul inungitur Rex.*

ANNO eodem *Saul* dum Asinas parentum cum famulo quærit, regnum invenit, & à *Samuele* in Ramatha in Regem populi Israëliti inungitur. 1. Reg. 10.

Occasio itaque aditi Prophetæ fuit asinarum inquisitio, per dies aliquot irrito labore & itinere facta; cum enim *Saul* de reditu cogitaret, inquisitionem ulteriorem pertasus, & panis deficeret in viaticum, pater etiam *Cis* sollicitudine liberandus esset, monuit eum famulus adesse Prophetam, qui doceret, quod quærebant; sicque ambo ingressi in civitatem *Ramatha*, *Samuelem* inquirunt, qui pridie monitus à Deo de futuro *Saulis* adventu, ejusque facienda inunctione, ad excelsa eum ducit, ac convivio post hæc exceptum, regem inungit, factaque de asinis inveniendis

K præ

prædictione postero manè dimittit, pot
 quam in solario *Samuelis* pernoctasset, fac
 cet æstivo tempore.

EXCELSA, quorum sæpius mentio
 scriptura fit, colles erant amæni arbori
 densis confiti, in quibus excitatæ erant
 ad sacrificandum. Ethnici ibi Idolis
 crificabant, ibidemque epulabantur &
 debant: *Israëlitæ* verò ibi sacrificabant
 dem vero Deo, alieno tamen loco, scilicet
 extra templum, postquam illud fuit ex
 tatum; etsi tamen id non placeret *Dau*
 no, crimini tamen datum non est hoc
 aliquot Regibus, quod ea non sustulisse

Dubium esse posset, quomodo *Sau*
 tribu *Beniamin* conferatur regnum qu
 men promissum fuit tribui *Judæ*.
 missum esse tribui *Judæ*, si ij, qui ex
 tribubus ad illud assumpti, indignos se
 diderint, quemadmodum *Saul* postmod
 se reddidit: quam inobedientiam *Deus*
sobo Patriarchæ appromittens, præ

Convivium, quod *Samuel* instituit *Sau*
 non erat occultum, sed erat coram viris
 id invitatis, quasi triginta honorationib
 & seorsim adhuc alijs 40 qui ad con
 um primariò non pertinebant, quatenus
 nulli adhuc constaret, ob quam causam
muel tantoperè honoraret *Saulem*. In
 num autem regis potestatis accipien

obtulit illi comedendum armum de sacrificio in hunc finem servatum, & à coquo præparatum. *Iesephus* appellat portionem regiam, & *Theodoretus* ait: apposuit ei in testimonium, hoc est in signum honoris regij: sicut enim hæc cum sint breviora alijs membris animalis, portant totam molem compacti corporis, & firmiter suffulcunt; ita etiam regium robur, etiam si ad unum virum contrahatur, sustinet totum corpus reipublica, & non sinit cadere. Sic *Theodoretus* de armo oblato. Tametsi autem convivium & honor palam exhiberetur *Sauli*, clam tamen omnibus, etiam famulo infcio, facta est inunctio ejus.

Lyranus, *Genebrardus* & *Pineda* referunt, unguendum à *Moyse* factum ad inungendos Pontifices & reges, servatum esse reverenter in tabernaculo, in vase magno, indeque accipi solitam portionem aliquam ad unguendum regem, sive Pontificem, & durasse non absque miraculo usque ad captivitatem Babylonicam, & citra diminutionem suffecisse inaugurandis Pontificibus, & Regibus per annos nongentos.

Samuel ut confirmaret *Saulem* in regia inauguratione, factâ Dei jussu, tria signa eventura vaticinatus est. Primum fuit, cum abieris à me, invenies

duos viros iuxta sepulchrum Rachel
 finibus Benjamin, dicentque tibi: intro-
 ita sunt asina. Alterum signum: con-
 que abieris & veneris ad quercum The-
 bor, invenient te ibi tres viri descen-
 tes ad Deum in Bethel, unus portans
 genam vini, cumque te salutaverint,
 bunt tibi duos panes, & accipies de ma-
 eorum. Tertium signum post haec
 es in collem Dei (Dei, inquit Hiero-
 mus locus est, ubi prophetae habi-
 runt) & cum ingressus fueris ibi
 Gabaath, obvium habebis gregem
 phetarum descendantium de excelsis
 licet, loco Sacrificiorum) & am-
 psalterium & tympanum, & tibia
 Cytharam, ipsosque prophetantes: &
 filiet in te spiritus Domini & propheta
 cum eis, & mutaberis in virum alio-
 horum omnium signorum even-
 vaticinationi correspondit.

Cuneus Prophetarum non fuit eorum
 qui divino lumine illustrati occulta re-
 labant, aut praedicebant futura, ut
 Jeremias & Samuel, sed viri sapientes
 lege Domini, divinisque mysteriis veris

qui divinas laudes celebrabant & canebant ad musicos modos adhibitis instrumentis musicis, diſtinctive ſunt cantores, quorum cum eſſet copia ingens, eos deinde David in 24. claſſes diſtribuit, & hi cantantes in loco ſacrificij dicebantur Prophetare, in quorum numero Saul quoque fuit ad tempus, juxta prædictionem Samuelis, inde proverbium: *Nunquid & Saul inter Prophetas?* cœpit enim & ipſe in excelsis laudare Deum, gratias agere de collatis beneficiis, & gratias petere reipublicæ benè adminiſtrandæ.

§. 3. *Saul eligitur Rex, & populo proponitur.*

ANNO 2963. Samuel ſecundò comitia convocat in *Maſpha*, & ductâ ſorte, atq; Deo ſortes temperante, ac ſuper *Saulem* mittente, eum populo in Regem proponit, & publicè promulgat.

Cauſa & neceſſitas mittendi ſortem fuit quia multò nobiliores familiæ, & populoſiores tribus, quàm Saulis, erant in *Iſraël*; unde non facilè conventum fuiſſet in Saulis electionem, niſi per ſortem res ageretur; quanquam nec ſic murmur ab fidiſſimorum *Belial*, ut in Scriptura vocantur, &

probabiliter Ephraimitæ fuerunt, qui
spexerunt saulem & non attulerunt ei manum
 1. Reg: cap: 10. prudenter tamen dissi-
 lante *Saule*. Saul porrò adductus in con-
 tia, ut rex inungeretur, excelsâ staturâ
 corporis universos toto capite superavit
 quod ei apud populum, accedente quoque
Samuelis commendatione, æstimatione
 subjectionem conciliavit.

§. 4. *Bellum Saulis contra Ammonitas.*

Eodem anno finitis comitiis or-
 bellū Ammonitarū sub rege *Naas*
 contra Israëlitas, quod novo regni
 riam magnam comparavit; nam
 accepto nuntio, quem *Jabesitæ*
 ferant de Rege *Naas* exigente, ut
 besitæ omnes dextro oculo in
 num servitutis privarentur, *Saul* ob
 indignitatem divinitus spiritu for-
 tudinis & zelo vindictæ justæ con-
 motus, assumpsit illicò duos boves
utrumque bovem conscidit in frustra,
sitquè in omnes terminos Israël 1. Reg.
 11. cum hac interminatione, *quicquid*
non exierit, & secutus fuerit Saul,

Samuel, sic fiet bobus ejus. Invasit ergo timor Domini populum, & promptè convenerunt, quasi vir unus tantum evocatus esset unâ mente, & sententiâ omnes; itumque contra *Naas*, qui jam spe victoriam devoraverat, sed cæso exercitu suo, vastataque totâ *Ammanitide* ipse vix salvus victoris *Saulis* manus celeri fugâ evasit; sicque communi omnium tribuum suffragio in *Galgala* renovata est regis tam victoriosi electio, & inter sacrificia Deo oblata, sacro oleo denuò à *Samuele* rex inunctus & salutatus est. Non intermisit tamen *Samuel* populum publicè arguere, quod se neglecto, & velut exauctorato regem postulâssent, atque ad manifestandam innocentiam suam, simul & populo suum peccatum ostendendum, divino prodigio juvatur à Deo, horrificâ tempestate tonitruis, imbribus, & grandine mirum terrorem & trepidationem omnibus incutiente, ad preces tamen *Sa-
muelis* remittente.

K 4

§ 5. Bel-

§. 5. Bellum contra Philisthæos.

ANno 2764. assumit sibi *Saul* præ-
 diū trium milliū in regiam tu-
 lam publicis sumptibus alendum;
 duo in Machmis & Bethel, & *Iona-*
 filio suo primogenito unum mi-
 committens in *Gabaa* Beniamin.
naithas autem credens non frustra
 militem ducere, oppressit præsidia
 Philisthinorum, quod erat in eode-
 oppido, sicque pacem rupit cum Phi-
 listhæis, quibus huc usque Israël præ-
 stito tributo servijt. Quo facinore
 tati Philisthæi cum ingentibus co-
 movent adversus Israëlitas, timore
 supra modum palpitantes, ita ut quæ-
 que exercitus *Saulis* præ metu dissi-
 xerit, sexcentis tantum remanentibus
 quibus in angustiis *Saul*, non exspe-
 ctato *Samuelis* adventu sacrificat,
 ideò ab adveniente eodem adhuc
Samuele rejectionis suæ nuncium ac-
 pit, eòquòd non servaverit, quod
 Dominus præcepit, *stultè egisti, nec cu-
 stodisti mandata Dei tui* volentis ut

consulto *Samuele* Dei sincero interprete, & legato, nihil suo solius consilio *Saul* in regni administratione susciperet.

Quanquam peccaverit *Saul*, Dominus tamen indulgens populo, insignem & minimè speratam concessit victoriam; eodem auctore *Jonathâ*, qui belli fuit incentor. Patre enim cum sexcentis viris suis, & illis mille, qui *Jonatha* erant, præstolante in *Gabaa*, & *Philisthæis* cum exercitu inter *Machmas* & *Gabaa* duos scopulos occupantibus, *Jonathas* solus cum armigero perreptando ascendit in scopulos, & irruens in excubias, priores sternit; indè in hostes profundius irruens tota castra prodigiosâ strage confundit, & miscet, dum suos ab alienis non discernentes *Philisthæi*, mutuâ se cæde conficiunt: ad conturbationem majorem, terræ motu plurimum juvante, quo *Philisthæi* concussi armatum contra se terrenum elementum, ingenti aliquo hiatu se, ini-

K 5

mi-

micos populi Dei, absorpturum mo-
 tuebant. Interim visâ eminens à sp-
 culatoribus *Saulis*, confusione in ca-
 stris Philisthinorum, *Saul* quoque con-
 fulit Dominum, & arma conclama-
 auctusque copiis, Israëlitis iterum
 cavernis prodeuntibus, quò se absc-
 derunt, aliisque vicinis concurrer-
 bus, ipsis etiam, qui suberant Phi-
 listhæorum Dominio, universim
 decem millia subito confluentibus
 fugientes hostes persequitur mi-
 strage usque ad vesperam; tunc ce-
 perlequi cessavit, reversus in *G*
 veritus, ne Dominus, qui signum
 dederat offensionis, victoriam er-
 ret victoribus, & victis daret. Phi-
 listhæi quoque, non jam nocendi
 luntate, sed facultate privati, in
 dilapsi sunt, donec, ubi respirasse
 paululum, inimicissime bellum
 dintegrarent.

In hoc prælio illud quoque con-
 git memorabile, quod *Jonathas* ob-
 statum favum mellis ipso die tam-

signis victoriæ per sortem deprehensus egisse contra mandatum Regis de non lumendo quidquam ad vesperam usque, morti addictus est, sed a populo aperte Sauli resistente liberatus, & morti ereptus est.

Tametsi Jonathas reus mortis fuisset, ut putat Abulensis, propter contemptum mandati patris, & obmurmurationem coram populo factam, inconsultum tamen fuit ac præceps jusjurandum, *Vivit Dominus Salvator Israël, si per Ionatham factum est, absque retractatione morietur* quia peccatum hoc non tanto videtur dignum supplicio, potuitque cadere in personam, cui merito culpa condonanda fuisset; tum etiam, quia præter omnem juris ordinem, ante examen & interrogationem sententiam protulit: Denique tam atroces minæ plus valebant ad occultandum quàm patefaciendum reum. Imprudens igitur jusjurandum erat.

§. 6. *victoria multiplex Saulis.*

ANno 2965, Saul varias de Moabitis, Idumæis & Syris, Ammonitis, Philisthæis victorias reportat; & confirmabat regnum super Israël, & pug-

K 6

pug-

pugnabat per circuitum adversus omnes inimicos ejus, & quocunq; se verteret, superabat 1. Reg. 14. Maximè memorabilis est illa Saulis victoria ab Agarenis reportata, qua Rubenitas ab Agarenis violatos vindicavit; ceperunt enim Rubenitæ omnia, quæ Agareni possederant, Camelorum 50. millia, ovium ducenta & quinquaginta millia, asinos duo millia, & animas hominum centum millia. 2. Paralip. 6. Cum Israelitarum tantum essent 44. millia, & 700. Sed in illis centum millibus hostium maxima pars erat imbellis; bellatores enim plerique in acie ceciderant; numerati autem multi corruerunt; fuit enim bellum Domini.

§. 7. Inobedientia Saulis & reprobatio.

ANno 2968. bellum Amalecitarum Sauli divinitus demandatur hæc verba: *Vade & percutite Amalecitas & demolire universa ejus, non parcens propterque & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro usque ad mulierem.*

parvulum atque lactentem, bovem & ovem, Camelum & asinum. Itaque Saul collectis copiis percussit Amalec ab Havila, donec veniret ad Sur, quæ est è regione Ægypti, apprehenditq; Agag Regem Amalec vivum superbiâ stimulante (quod Gregorio videtur) ut scilicet in triumphum duceretur, plurimum tamen opinione ex misericordia. Populus autem ex avaritia pepercit ovium gregibus & armentorum, & vestibus, & arietibus, & universis quæ pulchra erant, nec voluerunt ea disperdere; quidquid verò vile & reprobum erat, hoc demoliti sunt. Propter hanc inobedientiam tum populi, tum Regis (qui servando Agag populo malo exemplo præiverat;) Samuel arguit utrumque, & Regem Dei jussu regno abdicat: *pro eo quod abjecisti sermonem Domini, abjecit te Dominus, ne sis Rex.* Igitur hac Dei sententiâ rejectus Saul jus regni amisit, non tamen regni possessionem, cum nullus alius esset à Deo vel republica
con-

constitutus, neque ipse eâ se dignitate
 spoliare tenebatur, eratque conveniens
 communi bono, ut possessiones
 retineret, neque à populo deponeretur,
 ne exemplum fuissent posterius
 surgendi in reges suos quocumque
 prætextu, eosque exauctorandi. Pro-
 pheta posthæc scissione pallij Saul
 indicat translatum regnum à Saul
 ad alium meliorem. *Agag* quoque Sa-
 mulis jussu membratim in frustra dis-
 secatur. Exinde abiit *Samuel* in *Rama*
matha domum suam, & non vidit
Saul ultra usque ad diem mortis suæ.
Saul verò ascendit in *Gabaa* ubi
 habitare consueverat; derelictus posthæc
 à Domino, & Propheta Domini.

§. 8. *Davidis ad regnum assumptionis*

A Nno 2969 *Samuel* jussu Domini
Davidem à pascuis evocatum &
 inter fratres suos electum à Domino
 in medio fratrum suorum coram
 patre & matre inungit, & à die illa
 reclusus est spiritus Domini in *David*, &
 deinceps 1. Reg. 16. e contra à *Saule* Spiritus

ius Domini recesserat, & exagitabat
eum Spiritus nequam à Domino immis-
sus, sive permissus.

Communis est Ss. PP. sententia, *Sau-
lem* à malo Dæmone vexatū fuisse, qui me-
lancholicā ejus corporis dispositione abu-
teretur, quæ cum per musicam harmoni-
am mitigaretur, Dæmonis quoque eum
affligentis actio, qui se corporeæ disposi-
tioni accommodabat temperabatur. Ita
de *Saulis* morbo *Tertullianus*, *Augustinus*
Hieronymus & plurimi alij. Addunt præte-
rea hoc malum non tam citò agnitum fuisse
in *Saule*, Dæmone studiosè initio se occul-
tante, pro more suo, ne adhibitis reme-
diis divinitus institutis exire compelleretur.
Præterea tam insolens est audire reges
Dæmoniacos esse, ut domestici *Saulis*
alia omnia potius, quam malum hoc cogi-
tarent; imò etiam cognito jam, quod
erat, malo, illud lateri non sunt ausi. Signi-
ficat etiam *Iosephus* opem à medicis dili-
genter factam, sed frustra, donec de pe-
rito excantatore cogitatum est.

Interim David ad sua pascua reversus
præclara edit facinora in Leonibus & ursis
domandis in deserto, & tempus illud omne
in decantandis Dei laudibus impendit, ut
idonei scriptores dicant bonam Psalmo-
rum partem tunc ab eo compositam fuisse.

§. 9. Da-

§.9. Davidis in Aulam admissio.

ANno 2970. Regis morbo invalescente, in remedium quaerente psaltes, & *David* evocatur in aulam ut psallat Regi, ut sic disponente Domino *David* versari in aula & aulicus esse disceret.

Multis sæculis illa opinio ex Aegypto traducta vigeat, carminibus & excantationibus Dæmonis vim posse reprimi & corporis sanitatem reparari; hinc aulici dixerunt Sauli: *intus Dominus noster, & servi tui, qui coram te sunt, quarent hominem scientem psallere cytharâ, ut quando arripuerit te spiritus malus, psallat manu sua & levius speras.* *David* igitur muneribus à patre *Isai*, & cytharâ suâ instructus, vestibusque melioribus indutus, venit ad aulam, & stetit coram Saule placatusque Regi, ut diceret. *Stet David in conspectu meo, invenit enim gratiam in oculis meis.*

Munera, quæ senex *Isai* misit Regi, erant panes asino impositi, & lagena vini, &

hædus unus. Unde advertere licet, quam eo tempore simplices fuerint homines, ut *Abulensis* etiam observavit, utpote quibus non indecorum videbatur, unum atque alterum panem, aut partem quartam stateris, cujus pretium vix erat *sex* assium nostratum, inquit *Salianus*, virò nobili atque honorato offerre: unde etiam *Saul* tantillum munus sufficiens judicavit, ut offerretur *Samueli*, si consuleretur de asinis perditis.

§. 10. *David & Goliath.*

ANno 2971. Philisthæi bellum restaurant in Hebræos, & David ex aula revertitur ad patrem *Isai*, cum aliquot menses in aula moratus esset. Putat *Torniellus* libenter à *Saule* dimissum esse in solatiùm patris, cujus jam tres filij natu majores militiam sequi cogebantur. Bello exardescente utrimque conveniunt exercitus & *Goliatho* ad singulare certamen, quo totum belli negotium conficeretur, quotidie provocante, quemcunque fortissimum Israëhtarum, hancque audaciam suam ad quadragesimum diem jam continuante; venit David à patre *Isai* missus in castra ad fratres suos,

cs, & vociferatione, quasi pugna
 præludio excitus, & ijs quæ acci-
 rat, sub manu custodis ad sarcinas
 relictis, properat ad locum certan-
 nis, & intellectis iis, quæ fiebant
 Philisthæo *Goliatho*, quanquam o-
 jurgatus à fratre suo *Eliabo*, ad m-
 nomachiam ineundam se paratum
 tit Regi, à quo armis regijs induta
 sed iterum rejectis, fundâ lapidibus
 contentus cum *Goliatho* utroque
 spectante exercitu congregitur,
 vincit *1. Reg. 17.* quo prostrato in-
 gam agitur exercitus Philisthinorum
 honoratur David, & amatur sup-
 modum à *Jonatha*, capite etiam
 gladio *Goliathi* gloriosus, nec non
 stibus & armis *Jonatha* conspicuus
 triumpho ducitur.

Dicitur *Saul* in Scriptura non nor-
Davidem venientem in castra, & pro-
 untem adversus Philisthæum, sed in-
 sisse de eo, cujus patris filius, & de
 domo esset, cum tamen non pridem in
 cum optime nôsset. Respondet *Augu-
 nus* causam unam fuisse, quod octodecim
 circiter mensium spatium, quando ab

ad patrem reversus est *David*, barba copiosior, ut fit illa ætate, adnata magnam faciei partem, prius nudam ac lævam, obtexerit. Huc etiam faciebat mutatio habitus, aliter enim in aula, aliter in pascuis induebatur. Tertio facilis quoque est in viris principibus oblivio, qui multos habent subditos, à quibus ad tempus aliquod invisuntur, nec multo post tempore apparent. Denique memoria & phantasia *Saulis* frequenti agitatione Dæmonis procul dubio debilitata fuit.

Saul verò non rectis oculis respiciebat *David* à die illa, quâ mulieres cantarunt: *Saul percussit mille. David autem decem millia.* Unde variis vicibus conatus est *Davidem* interficere, utque tantò tectius ageret, atque insaniendo fecisse putaretur, tentavit efficacissimè tunc, quando psallentem coram se jactâ lanceâ transigere voluit, *Davidem*, à facie ejus secundò declinante.

§. 11. *Saul Davidem persequitur.*

ANno 2972. *Saul* *Davidem* in tribunum militiæ suæ eVectum dolosè obijcit periculis vitæ, promissâ filiâ suâ primogenitâ *Merobe*, si præclare rem ageret contra hostes; sed *Merobe* datâ in uxorem *Hadrieli* *Molathi*.

lathitæ deceptum se esse æquo animo
 tolerat, animumque applicat ad nu-
 tias cum *Michol* secundò genitâ *Sau-*
le sub conditione, si ducentis Philis-
 thæis cæsis præputia eorum ferret.
Saulem, quod mox gloriôsè adim-
 pletum à *Davide* est.

Anno 2973. *Saulis* invidia publica
 erumpit, dato mandato *Jonathæ* & *Ab-*
is Regis de occidendo *Davide* ,
 tamen *Jonathas* ad breve tempus
 patrem reconciliat; sed mox iterum
 nisus est *Saul*, *Davidem*, configit
 lanceâ in pariete relicta, in super iugum
 entem in domum *Michol*, missis
 tellitibus ad se perducî jubet, quâ
 tamen officiosa *Michol* per fenestram
 dimittit, & ejus loco simulacrum
 collocat in lecto, officioso deinde
 mendacio se excusans apud patrem
ipse locutus est mihi, dimitte me, alioquin
interficiam te. *David* autem perrexit
 ad *Samuelem* in *Najoth*; sed inde ju-
 si eum abducere satellites, non solum

mente divinitus illustrati, sed voluntate etiam immutati sunt, ut nec curarent Davidem comprehendere, neque redire ad regem, unâ eis prophetandi ac psallendi curâ dominante. *Viderunt cuneum Prophetarum vaticinantium & Saulem stantem super eos, factusque est etiam spiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipsi.* Quod cum nunciatum esset Sauli, misit alios nuncios; prophetârunt autem & illi; & rursus misit Saul tertios nuncios, qui & ipsi prophetârunt. Demùm & ipse Saul insecutus tanto cœstro prophetandi accensus est, ut vestes deponeret, & nudus caneret die ac nocte, nudus scilicet regiis ornamentis.

Jonathas reconciliando patri pro Davide non sufficiens, signo trium sagittarum præmissis valedicit Davidi, in abscondito rei exitum præstolanti. *David* igitur ad pontificem *Achimelech* in *Nobe* profectus, dissimulatâ fugâ, ab eo com meatum accipit, & gladium *Goliathi*, qui Domino consecratus

tus ibi fervabatur (cogebatur enim *David* inermis fugere) quo instructus ad *Achis Gerbaum* regem pervenit, benignèque admittus est sed brevi, famuloquace, si non omnino proditoris factus (illum ipsum *Davidem* esse, qui Philisthæos multum afflixerit, virum fortem & valde prudentem, ideoque metuendum, stultitiam prudenter simulavit, & subducens se ex Philisthæorum oculis fugit in speluncam *Odollam* biduiter inde distantem; quod cum didissent fratres ejus, & omnis domus patris ejus descenderunt ad eum illi cum quibus ad *Moabitas* transit, & a rege humaniter suscipitur, præsidioque præficitur.

Anno 2974. *Doeg* defert *Achimelechum* Pontificem ad *Saulem*, quod *Davidem* in fuga recepisset, qui idcirco cum universa familia sua & Sacerdotibus ad regem citatus, & interfectus est, cum omnibus suis: quod cum facere renuissent regis cohortis milites,

quibus id mandatum erat, nolentes man^o suas extēdere in Sacerdotes Domini, Doēg id facere iussus, *trucidavit in die illo 85 viros vestitos Ephod lineo* (quod genus vestis, Ecclesiastico, ut vocant, superpelliceo respondebat) prætereà oppidum *Nobe* devastatum est tantâ crudelitate, ut nulli nec viris, nec mulieribus, nec parvulis, nec lactentibus, nec bobus, aſinis aut ovibus à *Saule* parceretur. *Abiathar* tamen filius pontificis maturè ad *Davidem* fugâ evasit.

§. 12. *David fugitivus à Saule.*

HÆc cum agerentur in *Nobe* Sacerdotum, & in *Gabaa*, *Saulis* civitate, *Ceila* obsessa est à *Philisthæis*, eoque evocatus à *Ceilanis* *David* magnâ clade afficit hostes, *Ceilamq;* liberat, & apud *Ceilanos* commorari incipit cum *Abiathare* & non parva manu suorum, parentibus apud *Moabitas* jam defunctis. *Saul* monitus de mora *Davidis* apud *Ceilanos* proficisci parat, sed frustra: *David* enim consulto
Domi-

Domino, surrexit ipse & viri eius, quos
sexcenti, & egressi ex Ceila huc atque
illuc vagabantur incerti, quod cum nuntiatum
esset Sauli, quod salvatus esset
David, dissimulavit eò cum suis, quos
collegerat, exire 1. Reg: 22.

Anno 2975. David pertinacem Saul
iram fugiens recepit se in desertum Ziph,
ubi eum invisit Ionathas. Ziphæis latebras
Sauli significantibus, & operam
suam ad comprehendendum Davidem
promittentibus, inde se transtulit
ad desertum Mahon partem deserti
Ziph, quo etiam Saul arctissime persequi
fecutus eum est, jamque conclusum
Davidem cum omnibus suis; tunc
nuntius venit ad Saul dicens: festina
veni, quoniam infuderunt se Philistinorum
super terram 1. Reg. c. 23. perrexit ergo
Saul in occursum Philistinorum, David
cum suis gratias agente Domino,
& decantante Psalm. 123. Nisi quoniam
Dominus erat in nobis, dicat nunc
rael, &c.

§. 13. Davidis in Saulem Clementia,

ANno 2976. David progreditur in desertum Engaddi, iterumq; pro-
ditus, ut *Abulensis* indicat, ab eisdem
Ziphæis, cum copiis quæritur à *Saule*.
Quo appropinquante, inspirante Deo,
David in speluncam propinquã viæ,
eamque latebrosam & obscuram in-
gressus est, ut ibi lateret, donec *Saul*
cum copiis pertransiisset, dumque ibi
Deum in auxilium implorans abscon-
ditur, ventris necessitate adactus *Saul*
speluncam adit, nec advertit præ te-
nebris latentes milites, quamvis isti
vidissent ingredientem; propter am-
plitudinem quoque Speluncæ: facilè
erat *Davidem* cum suis musitare, nec
tamen à *Saule* audiri, cum foris mul-
tæ hominum turbæ, multi currus &
& equites obstreperent. Hic *David*
incitatus à suis ad interficiendum re-
gem, renuit occidere *Christum Domi-*
ni. ab eoque facinore suos absterruit,
contentus oram chlamidis in testimo-
nium rei gestæ præscudere; quod

L

cuna

cum *Sauli* speluncâ egresso exhibuit
ab eodem in gratiam recipitur. 1. 24.
24. Non tamen amicitia renovata
tæ quoque consuetudo renovata
sed *David* & viri ejus ascenderunt
tutiora loca, quam fuerit spelun-
illa.

Anno 2977. moritur *Samuel* &
pelitur in *Ramatha* cum planctu
dierum per universum *Israëlem*. Co-
pus ejus postea à Christianis trans-
tum est in *Silo*, magnumque ibi
plum excitatum, quod oppidum
scribit *S. Hieronymus*, nomen *S. Sep-
lus de Silo* accepit.

§. 14. *Nabal* immisericors in *Da-
videm*.

Circa hoc tempus *David* legat
nem mittit ad *Nabalum*, pro
que ab eo liberalitatem & subsidium
aliquod pro se ac fociis suis, sed ab
mine agresti, inhumano, & male-
fo repulsam patitur, ideoque vim
rat, sed à prudente *Abigæle*, qua
to *Davidi* cum muneribus occur-

placatur. Nabal autem sive peste, sive aliâ plagâ à Domino percussus decimo die post interijt. *

Abigail expleto luctûs tempore, duorum circiter aut trium mensium, à Davide missis nuncijs in uxorem deposcitur, & facta est illi uxor, præter Achinoam, quæ itidem uxor ejus erat.

Michol verò ob diuturnam Davidis absentiam à Saule jam alteri Phalti scilicet filio Lais data erat in uxorem non absque peccato; tum Saulis, tum etiam Micholis, quæ vivo marito consensit in alterum conjugem, aut melius adulterum; factaque est simul duorum virorum uxor contra rationem matrimonij & legem naturæ: nec enim licuit unquam fæminis plures habere maritos, tametsi liceret viris plures habere simul uxores. Neque dici potest Davidem à Michole repudiatum, quia id jus nunquam fuit uxoribus, tum etiam quia Michol diligebat Davidem, ideoque conjugio vel adulterio huic ne morte quidem propositâ debuerat Michol consentire.

§. 15. Davidis erga Saulem mansuetudo.

AN: 297 *S*Saul odio antiquo iterum ardet, & persequitur Davidem,

L 2.

Ziphæ,

Ziphæis traditione Davidis regis gratiam aucupantibus. *Ecce, inquit, Saul in Machila absconditus est in castris.* Igitur copias suas educens venator cupidus prædæ innocentiæ & castra metatur in *Gabaa* Habitus David autem jam inde migraverat inspirante Domino; nunciato tamen adventu *Saulis*, surrexit David et venit ad locum ubi erat *Saul* & cænicus *Sauli*, *Abner*. Igitur dimissis alijs ipse cum *Abisai* suo ex sorore potentis nocte venerunt in castra (qui non deerant in castris, qui illuc properarent noctem, sed jam ante noctem ca notaverat David cum *Abisai*, quæ progrediendum esset) & invenerunt jacentem *Saul*, & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra, ad caput ejus. *Abner* autem & populum dormientem in circumferrat: *conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas, nunc ergo perfora eum lanceâ in terra semel, & secundo*

non erit. Prohibetur autem à Davide id facere, & pro eo conservando jurat David: *Vivit Dominus; quia nisi Dominus percusserit eum*, morte aliquâ violentâ, aut morte naturali decedat, aut in prælium descendens perierit, *propitius mihi sit Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini, nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput ejus & scyphum aquæ & abeamus; atque ita factum est.*

Hanc indulgentiam Davidis in Saulem Chrysostomus in exemplum proponit omnibus illis, qui ad dignitatem evadunt, ut discant vindictam non sumere ab eis, è quibus olim ante obtentam cum dignitate potestatem offensi fuerunt. *ira enim illorum, superveniente regni & dignitatis gloria diluta esse debet, & tutum deinceps habent pignus securitatis.* Unde Ludovicus XII. Cum ei suggereretur, ut de injuriis olim acceptis, cum esset Dux Aurelianensis vindictam sumeret, sapienter & gloriosè respondit ac Christianè: *non est regis Gallia ulcisci injurias Ducis Aurelianensis.*

David autem cum his spolijs regressus, stans ex adverso vertice montis, & magno intervallo interjecto

clamavit ad populum, & ad *Abner* *vide*, inquit, *ubi sit hasta regis, & ubi sit Scyphus aqua.* Saul voce Davidis nitâ: *Nunquid*, ait, *hac est vox tua fili David?* agnovitque culpam suam, ad reditum invitat. *Nequaquam ulterâ male faciam, eò quod pretiosa sit tibi anima mea in oculis tuis hodie.* hoc fuit postremum utriusque colloquium.

Propterea quod David argueret *Abner* de malè custodito Rege suo, cui maxime incumbere ista custodia, tanta enim *Abneris* in *Davidem* offensio, ut in principio regni *Davidis* per annos septem non dividerit, ne totus Israël unanimi consenseret sequeretur eum.

§. 16 *David habitat in Siceleg.*

David demum cum animadverteret, non esse prudentis honoris se suosque in perpetuo vitæ disamine relinquere: & cū magnâ infirmiterum penuriâ, ut probabile videtur in deserto laboraret, statuit ex *Saulis* regno emigrare, & ad extremas regiones proficisci, ad illam tam

Saulis vocem non nihil cunctatus, nequaquam tibi ultra malefaciam, & alternans secum: aliquando unâ die incidam in manus Saul: nonne melius est, ut fugiam, & salver in terra Philistinorum ut desperet Saul me comprehendere? Deo etiam super hoc negotio grandi consulto concludit Achis regi Gethorum suam, suorumque operam deferre per legatos missos, quo annuente surrexit David, & sexcenti viri cum eo ad Achis filium Maach regem Geth & habitavit David cum Achis in Geth, ipse, & viri ejus, & domus ejus & non addidit Saul ultra querere eum, scilicet factum jam formidabilem præsidio Regis Geth, cui innitebatur David. Rex Achis dedit Davidi in habitationem civitatem Siceleg singulari benevolentia, tum etiam divini Numinis inspiratione; hæc enim habitationis commoditas plurimos, ex Israële ad eum allexit, maximè pensatis illis verbis Saulis: nunc scio, quod certissimè regnaturus sis. Erat etiam hæc ci-

vitas prædis agendis aptissima præ
David; habebat enim hinc totam
Arabiam Petraam, ac Desertam, in
 præter populos *Gessuri*, & *Gerzi*, &
Amalecitas, quos Scriptura memorat
 tiam *Idumæi* & *Madianita* habitab
Ismaelita, *Agareni*, *Cedareni*.

Quo autem jure hosce populos depre
 datus fuerit *David*, imò & cædes mu
 sexus aut ætatis habito discrimine
 eos perpetrârint, dubitatur, (si
Amalecitas exceperis, contra quos
 lex erat, & necdum revocata *Cum Da
 nus dederit tibi requiem, delebis nomen
 lech sub cælo: cave ne obliviscaris.* De
 25) De cæteris existimant interpretes
videm, qui apud se habebat pontificem
 cum *Ephod*, eum quotidie de expeditione
 sua consuluisse, eoque profectum esse
 pulabundum, quò Dominus per Sacer
 tem excurrendum dixisset. Cum autem
 omnis generis prædam auferret, viros
 men aut mulieres non abducebat in
 vitutem, sed necabat, ne fraudem *David*
 patefacerent, ut loquitur, *Salianus*
 centes se non esse Israëlitas. Eodem
 do in ea parte prædæ, quam offerebat
 gi, providebat, ne quid reperiretur, quod
 argueret alibi prædam, quam apud *Isra*

litas esse collectam; idola scilicet aurea vel argentea; ea enim & similia deponebant in *Sicelog*. Achis autem læto ac sereno vultu interrogare consueverat Davidem: *In quem irruisti hodie?* cui ita respondit David dissimulanter, ut persuasum haberet se Israelitas esse deprædatum.

§. 17. *Philisthæorum bellum contra Saulem.*

ANno 2979. Philisthæi bello petunt *Saulem* collectis fortissimis omnium Regulorum copijs, quos inter, cum etiam Rex *Achis* esset, denunciavit *Davidi*, ut etiam ipse in regis præsidium progrediretur contra *Israëlem* multum confidens in ejus virtute, & fidem magnam tribuens ejus præcedentibus excursionibus, quas contra *Israëlitas* factas putabat; cui *David* respondit: *Nuno scies, qua facturus est servus tuus*: quæ verba rex *Achis* candidè interpretatus subdidit. *Ego ego custodiam caput meum penam te cunctis diebus.*

Multum variant Scriptores & PP. quid hic dicendum de promisso *Davidi*. Si enim promisit ex animo regi infideli operam

L 5

fide-

fidelem contra *Saulem*; impius fuit in Deum, & gentem suam iuvando idololatriam. Si ex animo non promisit; mendax fuit, proditor benefactoris sui. Dicunt benigniores interpretes eum more suo recurro ad Deum se totum ipsius providentia commississe, certum exequi, quod Deus iussisset, sive pro *Saule* sive pro *Achis*. Nihil de fuit Dominus fluctuanti in hoc maris interventu siquidem Satraparum curavit, dum dimitti Rex *Achis* (utcum bonis *Gethai* gratia, neque pro ipso, neque contra ipsum pugnaret) causam praestans dimissionis: *quia non places Satraparum*. 1. Reg. 29. sic enim dixerunt Satrapae regem *Achis*: *revertatur vir iste, & in loco suo in quo constituisti eum, & non condant nobiscum in praelium, ne fiat nobiscum versarius, cum praeliari coeperimus, timedo enim aliter poterit placare Dominum nisi in caputibus nostris? Quod ad verba vero *Davidis* attinet, nihil mentitur, quia revera nihil certi promisit, licet in praeiorem significationem verba *Davidis* acceperit.*

Interea cum *David* cum rege *Achis* contra *Israëlitas* proficiscitur, a Satraparum suavis indè dimittitur, malecra nacti occasionem ultionis mendae ob damna varijs excursions

bus à *Davide* illata, *Siceleg* , oppidum Davidis, refertum collatis prædis, hominibus prædisque exspoliant, vastant & succendunt, ita tamen ut neque mulierum neque virorum quemquam interficerent, sed captivos abducerent.

Singularis Dei providentiâ iterum elucescit ex hoc factò *Amalecitarum* erga *Davidem* & suos, primò quia mitigavit barbarorum furorem, ut non interficerent quenquam, quod tamen *David* passim in excursionibus suis fecerat, neque mulieres violarent. Secundò quod abducerent captivos, sic enim inquit *Theodoretus* , causam inveniebat *David* expeditionem faciendi contra *Amalecitas* , & omnem faciem gentis illius penitus extinguendi, quod *Saul* tempore regni sui neglexerat.

David reversus in *Siceleg* , & videns vastitatem, persequitur *Amalecitas* , & cædit in itinere comprehensos latrones in deserto *Pharan* , omnemque ablatam prædam recipit, & percussit eos à vespera usque ad vesperam & non evasit ex eis quisquam nisi quadringenti viri Adolescentes, qui camelos ascenderunt & fugerunt. Accepit hic *David* ingentem prædam, non enim tantum *Siceleg* , sed & plurima vicina oppida spolia-

liaverant Amalecitarum, quæ omnia in Davidis potestatem venerunt. Unde etiam suos contribules & benefactores inter dæos munera liberaliter misit, tum ut tum se præberet, tum ut animos eorum bi conciliaret.

§ 18. Saul Pythonissam adit.

Saul in angustiis undique constitutus ob incubantes hostes confugit Pythonissam; multi autem ex tribu Manassis ad Davidem fugiunt. Pythonissa hæc habitabat in Endor, eratque tartarei serpentis hospita, a septuaginta dicta *veniloqua*, necromanticam divinationem profitebatur. Dæmon, vel per os recens mortuorum loquitur, vel pridem mortuus citari dicitur ab inferis, & interrogantibus respondere; (scilicet cum Dæmon in mortui illius specie apparere respondetque ad rogata; neque enim hominis, neque in Dæmonis potestatem est mortuos suscitare.) Ad hanc dicitur Saul ait: *divina mihi in Pythonissa suscita mihi Samuelem.*

Et vocatus (maleficis utique; ritibus

apparuit Samuel; *Saul autem inclinavit se super faciem suam in terra & adoravit.* & tristitia nuncia tremens accepit de malis sibi, domuique suæ impendentibus. 1. Reg. cap. 28.

Nullâ ratione probabile fit *Samuelem* arte magicâ suscitatum apparuisse; verum solâ virtute & imperio Dei id factum est, præveniente Deo conatus mulierculæ; sicuti volente *Balaamo* maleficiis suis à Dæmone responsa extorquere, prævertit Deus & per os illius *benedixit Israël*: Ita *Ambrosius*, *Basilius*, *Augustinus*, *S. Thomas*, &c. Non ergo obsecutus est Deus magiæ, sed impedivit; ne enim responderet Dæmon, prævenit Samuel. In punitionem autem tentatæ magiæ videtur Deus jussisse tam tristem cladem manifestare quia non *obediisti voci Domini, neque fecisti iram furoris ejus in Amalec, idcirco dabit Dominus Deus Israël te in manus Philisthîm, cras tu, & filij tui mecum eritis, sed & castra Israël tradet Dominus in manus Philisthîm* &c. Quæ responsa merito ad respicientiam seriamque pœnitentiam incitare debuissent, sed de hac nihil refertur. De obitu ejus *Iosephus* scribit præmonitus Saul à *Samuele* noluit tamen mortem vitare, & ob vitæ cupiditatem exercitum hosti prodere; atque hoc modo regiam majestatem dehonestare, sed cum liberis
tota.

totâque familia periculo se obijciens pulchrum
existimavit in praelio pro subditis pugnandato
dere, & filios in eisdem laudis sorteratem
sumere potius quam superstites relinquere
certum qualesnam futuro: Regno nimirum
in aliam familiam translato; existimavit
enim loco posteritatis perpetuam laudem & in
mortalem memoriam sibi futuram. Haec
Iosephus.

Dubitare quidam volunt secundum illa
verba: *Cras tu & filij tui mecum eris*; ut
Saul damnatus sit; sed de hoc Augustinus
ad simplicium sic ait; *meum eris non ad aequi-
tatem felicitatis sed ad parem conditionem
mortis referatur, quod uterque homo fuerit, &
uterque mori potuerit, jamque mortuus motum
vivo praeannuntiabat.* Illud quidem Salinus
meminit *Saul* à dæmone diu antebe-
ratum esse in remunerationem illius valde
laudabilis operis, quo magos & ariolos ex
regno suo erasit; neque enim mentio fit
amplius in scriptura maligni spiritus in
Saule irruentis, & scribit *Tirinus*, videtur
Saule jam à Dæmone agitatum, voluisse
hac maleficorum victimam placare Deum.
De vera autem in poenitentia ad salutem æternam
nihil habetur.

§ 19. Mors Saulis & Ionathæ.

Alterâ die post consultum *Samuel*
em, *Saul* à *Philistinis* in valle
lit

Itzraël in montibus Gelboë fortiter oppugnatur: & fugerunt filij Israël ante faciem Philisthym, & ceciderunt interfecti in monte Gelboë, tum antè, tum in fuga, totumque prælij pondus versum est in Saulem. Saul autem sustinere non valens impetum irruentium, in fugam se coniecit, quem viri sagittarij insecuti sunt, & jaculis vulnerarunt. Videns ergo actum esse de se, de filiis & regno in summam desperationem adductus, honoritamen suo consultum volens, dixit ad armigerum: *evagina gladium tuum, & percutite me, ne veniant incircumcisi isti, & interficiant me illudentes mihi.* Quod cum renueret armiger, arripuit ipse gladium, & irruit in eum; videns armiger occubuisse Dominum suum, irruit & ipse super gladium suum, & mortuus est. Ex hac desperatione & violenta sui occisione ob solam jacturam presentium & caducorum facta cum summo peccato, quis de æternâ damnatione dubitabit? &c.

De

De Saulis filijs nihil ita certi; & quod
dem contrarium planè de *Ionatha* cogit
debet: utpote cuius vitæ & mortis ratio
longè diversa; vita enim sine crimine acta
& mors in defendenda patria fortiter ob-
ta. Unde venerabilis *Beda* nequaquam
inquit, *ibi Saul malus post mortem, ubi
nathas bonus potuit recipi, in d[omi]no Chaos mag-
num inter illos firmatum est, quorum unum
in sinu Abraha cum Samuele receptus, alium
cum Diabolo in flamma inferni sepultus.*

Philistæi, qui *Bethsan* occupaverant,
Saulis & filiorum eius corpora è muro sus-
penderunt, quod ubi *Labesitha* audierunt
memores, quod à *Saule* servati essent,
quando *Naas* Rex Ammonitarum eis d[omi]no
tros oculos eruere statuerat, collectis
nibus viris fortissimis de *Jabes* profecti,
trajecto *Jordane* de nocte ad *Bethsan* pe-
venerunt, & tulerunt cadaver *Saul* & ca-
davera filiorum eius de muro *Bethsan* & rede-
vntes in civitatem suam *labes Galaad*, se-
pelierunt, & jejunaverunt septem diebus.

In die tertia post prælium & stro-
gem, nuncium accipit *David* (qui in
urbe *Sicoleg*, incendio licet valde de-
formata, morabatur, & prædas divi-
debat) cæsos esse *Israëlitas* & occisum
Sanlem. Quia verò nuncius assevera-
bat

bat se interfectorem fuisse *Saulis* id à se
 poscentis, in pœnam tanti delicti,
 quod regem occidisset, à cuius cæde
 perpetuo *David* abhorruerat, iussit
 pro regia sua auctoritate, quam divi-
 nitus *David* jam acceperat, infaustum
 nuncium statim interficere: cui qui-
 dem merces pro nuncio, pœna autem
 pro regicidio debebatur; neque enim
 tantum crimē imperanti Regi obtem-
 perare debuisset.

Non improbable est nuncium hunc fu-
 isse filium *Dōegi* armigeri *Saulis*, qui ante-
 quam se quoque interficeret, filio dedit
 diadema regium & armillam de brachio
 Regis, deferenda ad *Davidem*, ut se his mu-
 neribus filius insinuare possēt in gratiam
 apud *Davidem*, cujus latebras apud *Abi-
 melechum* adulator *Dōeg* prodiderat *Saulis*

§ 20. Filij & Posterij *Saulis*.

Saul ex *Achinoam* filia *Achimaas*
 suscepit filios quatuor, *Ionatham*
 primogenitum.* *Iessui* sive *Aminadab**
 tertium *Melchisua*.* quartum *Esbaal*,
 qu. & *isboeth*.* & filias duas, *Merob*,
 quæ fuit promissa *Davidi*, sed data est
Hadrieli Molathita, & *Michol*, quæ
 uxor

uxor fuit Davidis, (ex qua David
 lam prolem suscepit) & uxor etiam
 seu adultera potius, Phaltielis filij
 qui eam reddidit Davidi.

Saul ex *Resspha* concubina filia
 filios duos suscepit, qui Cruci affixi
 sunt. 2. Reg. 21. *Armoni* & *Mepho*
bofeth cognominem filio *Jonatha* *Me*
phibofeth, qui superfuit cladi ex filio
Jonatha Dicitur etiam 1. Paralip. 8. *Me*
baab. * *Mebaab* autem genuit *Micha*
 2. Reg. 9. * *Michas* autem genuit *Ph*
thon * *Molech*, * *Taraa*, * *Aha* *
 quo *Joadas*, qui fuit pater *Alamad*,
moth, *Zamri*, cujus posterii describitur
 tur 1. Paralip. 8.

Hadriel ex *Merobe* filia Saulis sus-
 cepit filios quinque qui Crucifixi sunt
 à Gabaonitis, 2. Reg. 21. ubi nomen
Michol pro *Merob* positum est, &
 omnes Hebræi fatentur apud *Sera*
 71477.

REG

REGNUM DAVIDIS ET ISBO-
SETHI.

§. 1. David vocatur ad Regnum.

ANno m. 2979. ante Christum 1074 David consulto Domino ascendere iubetur in *Hebron*, quò etiam cum suis migrat; non tamen ita *Siceleg* deserit, ut *Achis* liberalitatem repudiet, ei que hospitium renuntiet; sed potius aliquod è suis præsidium ibi relinquit. Cum primùm substitit *Hebrone* David, venerunt viri *Juda*, & unxerunt ibi *David*, ut regnaret super domum *Juda* annitente pontifice petitioni eorum; acquiescit *David* & inungitur: Solâ tribu *Juda* adhærente *Davidi*.

Abner vel odio habens *Davidem*, vel ob reprehensionem publicam malè custoditi Regis offensus, trans *Jordanem* in regione *Galaad*, oppido *Manachim* eodem tempore constituit *Isosechum*, de quo Scriptura tradit fuisse quadragenarium, cum regnare cœpit. Et videtur tamdiu regnâsse

nâsse super Israël, quam diu David regnavit in *Hebron* super Juda; id est septem annis cum dimidio, dictus *Ishbaal*, postmodum autem *Ishobeth*, est, vir confusionis, quod in medianarum perturbatione & confusione coepit regnare: Hinc patre mortuo cum tribus filiis; inde Philisthæis victoribus publicæ rei interitum molientibus: & Davide insuper in regnum imminente. Regnavit autem non tantum *Ishobeth*, quam *Abner*.

§. 2. *Abner contra David movetur bellum.*

ANno m. 2981. regnum suum impienter gubernante *David*, multum augetur numerus eorum, qui cum *Davide* faciebant.

An. m. 2982. *Abner* qui Tribus undecim sub potestate *Ishobethi* habebat, bello *Davidem* aggredi coepit. Initium hostilitatis mutux fecerant duces: hinc *Abner*, & ex parte *David* *Joab*, qui sibi occurrerunt juxta palatium *Gabaon*, idque an casu, an indu-

industria, dubium est; dissimulanter enim *Abner* ludum *Joabo* militarem offert, *surgant*, inquit, *pueri & ludant coram nobis*. Acquievit *Joab* id postulanti *Abner*, & utrimque duodecim ad certamen descendunt. Itaque ludunt, ut cruento ludo duodecim paria mutuis vulneribus confossa interirent, quo facto & viso suorum sanguine etiam exercitus ambo conflixerunt, fugatusque est *Abner* cum suis, in fuga tamen persequentem se *Asaëlem* interficit, petitque, & obtinet belli finem à victore *Joabo*. Insonuit ergo buccinâ *Joab*, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra *Israël*, & ceciderunt de viris *David* cum *Asaële* 20. de viris autem *Isbosethi* 360.

§. 3. *Abner* deficit ab *Isboseth*
ad *Davidem*.

DUm quiescunt arma, occasio & causa datur diffidij *Isbosethum* inter & *Abnerem*; hic enim pro potestate, quasi solutus legibus, concubinâ quadam *Saulis* tanquam suâ liberrimè
uti-

utitur, sive jus aliquod in regno
 quærens, sive propter pulchritu-
 nem. Huic temeritati indignatus
Bozeth noluit ultra dissimulanter tol-
 rare, sed severè objurgavit *Abnerem*.
Abner autem iræ impotens, mox regi
 ni defectionem minatur, eamque mo-
 litur per nuncios ad *Davidem* missos.
 Nec renuit *David*, cui ex voluntate
 Dei debebatur regnum, fuitque facile
Abneri majoribus natu hanc defectionem
 regni ad *Davidem* persuadere.
 Itaque ad *Davidem* in *Hebron* abiit
Abner, & ut tantò gratior veniret, seorsum
 repetitam diu dilectam *Michol* ux-
 orem, *Davidi* adduxit.

§. 4. *Abner à Joabo interficitur.*

ANno 2985. *Joab* suspicione & in-
 vidiâ actus, quod *Davidem* vidisset
 peramanter excepisse *Abnerem*, eun-
 dem ad amicum & privatum collo-
 quium invitatum, assumpto secum so-
 cio *Abisai* dolosè percussit in inguine:
 & mortuus est in ultionem sanguinis *Abisai*
 fratris ejus, & sic qui proditorem po-
 pulum

pulum abducebat ab *Isboetho*, prodicione abductus à viâ sua perimitur; & qui *Afaëlem* percusserat, in inguine ipse quoq; percutitur; cædem tunc factam ægerrimè ferente *Davide*, & poenam quidem pro crimine tunc non inferente, sed prudenter differente: *Isboetho* etiam cum toto *Israële* ob mortem *Abner* plurimum perturbato.

§. 5. *Isboetho* occiditur.

ANno 2986. omni populo ob mortem *Abneris* turbato, singuli suis rebus prospicere cœperunt, animadvertentes *Saulis* familiam in certum interitum ruere; in his duo fuerunt, qui vestigia sectabantur *Abneris*, & quos ille viros fortes in consiliis adhibuerat *Rechab* & *Baana*, scelere & sanguine fratres, existimantes magnum se obsequium præstituros *Davidi*, latenter ingressi sunt domum *Isboethi*, habitu & specie mercatorum tritici, quoniam rex de suis redditibus frumenta vendebat, ut ait *Rabbi Salomon*, & regem dormientem confoderunt, & capite

pite truncârunt, abjeruntque per viam
deserti totâ nocte & attulerunt caput
Isboeth ad *David* in *Hebron*. 2. Reg. 4.

David autem iustissimâ indignatione commotus in sceleratissimos parricidas, iussit ambos gladiis confodiri, manibus pedibusque præcis in media civitatis platea juxta fontem crucisagi. Scribit *Iosephus* eos exquisitissimis tormentis cruciatos esse, unde credibile, est vivis manus & pedes amputatos fuisse, ut sic dignam auctoribus mercedem reportarent. *Isboethi* autem caput in sepulchro *Abisris* recondi iussit.

§. 6. *David Rex totius Israël.*

A Nno mundi 2987. *David* totius *Israëlis* factus Rex, inungitur, terùm inito priùs fædere cum omnibus tribus, & juramento præstito, unctioem autem excepit convivio triduo *Davidis* sumptibus celebrato, fueruntque ibi in *Hebron* apud *David* quatuordecim diebus comedentes & bibentes. Sæ factum nec dubium est tribus omnes sua

nera liberaliter misisse, idque septua-
ginta haud obscure significant, qui
dicunt Zabulonitas venisse ad David
non vacuis manibus, quod de aliis
quoque tribubus intelligendum est.

§. 7. David oppugnat Philisthaos
& Hierosolymam constituit Me-
tropolim Regum.

David autem jam Rex super uni-
versum Israel constitutus, urbem
Hierosolymam in caput regni consti-
tuere proponit. Igitur Jebuseos op-
pugnat, qui loci firmitate confisi, non
solum deditorem recusarunt; sed
etiam irriferunt dicentes: solos caecos
& claudos ad suae arcis defensionem
adhibitos, sufficere ad irritandos om-
nes conatus. Quo ludibrio David ex-
citatus praemium proposuit summæ
praefecturae ei qui primus in arcem e-
vasisset. Ascendit igitur primus loab
& factus est princeps, is scilicet, qui
erat jam militiae in una tribu princeps,
factus nunc est princeps militiae super
omnes tribus. In Sionis autem expug-
natio-

M

natione funditus deleti sunt omnes Philisthæi, nec ulli præterquam *na* (qui fortè profelytus factus est, de *lebus* ante egressus est) parcitum

Statuit David ad ultionem temeræ jactationis Jebusæorum, ut ad perpetuæ rei memoriam nunquam liceret cæco claudere arcem *Sion* intrare. Arcem autem *Sion* vocavit post hæc civitatem David cœpitque murum circumducere, qui totum circuitum habuit 35. Stadia; artem ipsa novem Stadia cum dimidio, quæ ædificio splendidissimo exornavit magnificentiâ à Tyriis artificibus adificato.

Anno 2988. *David* à Philisthæis bello appetitus, geminâ clade victo Deo ipso ex cacumine pyrorum, quæ in sylva erat inter castra *Davidis* Philisthæorum confita, pugne signifiçante, & Philisthæos terrore committente.

Hoc tempore contigit memoria factum trium fortissimorum virorum qui *Davidi* desideranti aquam de fontana Bethleem, per interjecta castra Philisthæorum in itinere redituque per

ferunt, neque praesidium eorumdem, quod erat in Bethleem reveriti, haustam inde aquam attulerunt, quam tamen David *noluit bibere, sed libavit eam Domino* 2. Reg. c. 23. v. 15.

§. 8. Arca transfertur.

ANno 1690. David cogitat de arca ex *Cariathiarim* adducenda, in *Sion*, & re cum optimatibus regni communicata, omniumque consensu approbata, universus Israel congregatus, ex omni scilicet tribu cum *Davide* magna pompa Arcam bobus impositam reducunt *Achia* Sacerdote antecedente, & *Oza* boves sequente, idque contra legem; hi enim Arcam humeris portare debuissent, juxta praescriptum legis; sed piguit eos laboris vel vili penderunt legem, quod vidissent Arcam quoque a vaccis portatam esse in *Cariathiarim* plastro impunè impositam. In via autem cum ordinatissima pompa incederet, ceperunt calcitrare boves, & emoto nonnihil plastro, cui incumbebat Arca, ipsa

M 2

quo

quoque in casum nutare. *Oza* madverso periculo mox tenuit nutem, statimque divinitus percussus subitâ morte interiit. Contritus autem est *David*, quod Dominus percussisset *Ozam*; suspicatus etiam in se non placere, ut Arcam a se collocaret; existimavit tutè collocandam esse in domo *Obededon* Levitæ & benedixit Dominus domui *Obededon* & omnibus, quæ habebat propter Arcam præsentem.

Sed nunquid pietati potius, quam meriti adscribendum est, quod *Oza* Arcam tenuerit? quare ergo percussus? culpam jam fuisse admissam ante arcam nutantis; si enim humeris suis portassent, quorum officij erat, periculum casus arca non subiisset; & quæ uterque fuerit in culpa, ille tamen poenam luit, cujus culpa populo imputata, quanquam etiam alterum non imputulisse, sed morte selectâ affectum esse dat *Abulensis*, & addit non videri morte periisse; quia de admissio peccati dolere potuerunt, cum viderent arcam culpâ incurrisse periculum lapsis: quia sentit *Hieronymus*, ejusmodi culpa

quæ tam severè castigatæ leguntur præfenti supplicio compensari, neque postea puniri.

Anno 2991. Arca Dei ex domo *Obededon* transfertur in domum *David* magnificâ, qua fieri potuit, pompâ, contemnente licet superbâ *Micholludentem* & saltantem regem coram Arca; illum tamen non pœnituit humilitatis sue 2. Reg: 6. Post hæc cogitat *David* de templi fabricâ, idque cum *Nathane* Propheta, quo cum *David* familiariter usus est, communicat; sed consultus Dominus improbat, idque successori *Davidis* reservat. Interea tamen locum exquisivit *David*, in quo ædificari templum posset, & in sumptus præparandos omni studio incubuit.

§ 9. *Varia bella Davidis.*

Anno 2992. *David* bellum suscepit contra *Philisthæos* gerendum, quo illos sibi vectigales reddidit, coëgitque tributum sibi pensitare, quod ipsi à multis annis ab *Hebræis* exigere soliti erant. Per-

Percussit deinde Moabitas: de h
 cæ de *Iosephus*: in *Moabitas* bellum
 duxit, & copias eorum ita concidit,
 tertia tantum pars superesset, quam in
 ditionem accepit, eisque annuum tributum
 imposuit. V. *Beda* illa verba scripturæ
 de isthoc bello: percussit *David* *Moabitas*
 & mensus est funiculo coequans terram. mensus
 est autem duos funiculos. unum ad
 cidendum, alterum ad adificandum.
 Reg: 8. sic explicat, ut per funiculum
 intelligat sortem; dedisse, nimirum
Davidem victos sorti, & in quos
 talis caderet, eos occisos esse; in
 autem fors alia incideret, vivos
 ctos, sub tributo, tamen factos esse.
 An: 2993. *Syria* fuit subdita *Davidi*
 victo *Adanexere*, à quo prædam
 gentem accepit, auri argenti & æ
 de quo postea *Salomon* fecit mare
 um, & columnas & vasa ænea. Acc
 sit legatio splendida, & missio mun
 rum a *Thon* rege *Emath* facta, qui
 cum muneribus *Davidi* gratulatus
 & amicitiam postulavit.

Anno 2994. vincit Idumæos cæsis
 18. millibus, & reliquis tributo impo-
 sito. Sed hi opportunâ usi occasione
 præsidium militare, quod *Abisai* in
 Idumæa reliquerat, ad exigendum
 tributum, & incolas in officio conti-
 nendos, interemerunt, & servitutum
 simul excusserunt. Unde novâ mili-
 tari expeditione *Ioab* missus à Davide
 sex mensium spatio ita attrivit Idu-
 mæos, ut omne masculinum deleverit
 usque ad 12. millia: tunc *Adad* Idu-
 mæus, qui erat de semine regio, ad-
 huc infantulus à fugitivis servis patrie
 sui delatus est in Ægyptum.

§. 10. David benefacit Miphiboseiho.

AN: 2925. David memor fœderis
 & amicitie habitæ cum *Ionatha*,
 inquit in consanguineos *Saulis*, ut
 faceret cuidam misericordiam prop-
 ter *Ionatham*, & deprehendit *Miphi-
 boseihum* filium *Ionathæ* pedibus debi-
 lem, & tunc 20. annorum, qui ex me-
 tu absconditus fuerat apud *Machir*
 nutritium suum. Huic igitur in gra-
 tiam

M 4

tiam

tiam *Jonatha* omnes agros *Saulis*,
fisco addicti erant, reddidit, & *Saba*
procuratorem constituit *Miphthi*
thi, dixitque huic: *Tu comedes panem*
in mensa mea semper.

§. 11. *Bellum contra Naas & Ammonitas.*

A N. 2996. Rex Ammonitarum
Hanon filius *Naas*, quorum
vid fœdus & amicitiam coluerat,
gatos *Davidis* humanitatis & amicitie
causâ missos, rasâ dimidiâ partem
Barbæ, & præcisus usque ad nates
stibus ignominiosè dimittit; quâ
riâ concitatus in arma *David* *Ammonitas*
& *Syros*, qui socia arma junxerant,
misso duce *Joab* cum exercitu 24 milia
lium vincit, cædit & fugat. Erant
cum *Ammonitis* ingentes *Syrorum*
copiæ conductæ mille talentorum
genti mercede, quæ summa, si tale
ta *Hebræa* fuerunt, ascendit ad quatuor
tuor milliones. Tanti stetit proci-
lus regis imprudentis *Ammonitarum*
rum.

§. 12. David prolapsus in adulterium

AN. 2977. bellum redintegratur contra Syros & Ammonitas & anno 2998. *Rabbaa* obsidetur, & domotiolus *David* adulterium cum *Bethsabea* committit, & adulterij malitiam dolosè subijciendo morti *Uriam*, homicidij scelere auget; & post luctum brevem, quem ob interfectum maritum prætulit *Bethsabea*, illa introducitur in domum regiam, & facta est ei uxor.

Anno 2999. *Bethsabea* adulterino partu edidit filium; & *Nathan* denunciat *Davidis* imminentem pœnam peccati. Deinde evocatur *David* à *Ioab*, ut cum novo milite adveniens expugnationi urbis *Rabbaa* coronidem imponat; nimirum peccatum *Davidis* moram attulit victoriæ, & dum Ammonitarum manu *Uriam* fustulit, eos adversus se fortiores expertus est, sic felicitas *Davidis* felicitas peccato retardata est; mox autè ejusdem pœnitentia hoïtes affixit, ac perdidit. Adveniente

M 5

enim

enim Davide, qui Deo nondum placatus in bellum citius progredi non debebat, urbs fortiter expugnatur, & diripitur. *Et pradam civitatis asportavit multam valde.*

Inter cætera spolia fuit corona pretiosissimis gemmis adornata, quam de capite idoli *Melchon* sublatam *David* in propria capitis ornamentum vertit, cujus pondus erat, ut *Epiphanius* scribit, 125. librae. Neque *David* contra legem peccavit. *Deut. 7. Sculptilia eorum igne comburas, ne concupisces argentum & aurum, de quibus scripta sunt, neque sumes ex eis tibi quidquam, neque fendas.* *Lyranus* enim ait, hæc intelligenda fuisse de idolis Chananæorum, in quibus non censebantur Ammonitæ: nec odiosa implenda sed restringenda sunt. *Abulensis* ipsa idola, aut ad idola pertinentia retineri non potuisse, quæ eorum cultum, & memoriam renovarent; eorum tamen ornamenta accipi potuisse, quod in his nullum remaneret ad idolorum cultum incitamentum, formam præsertim mutatam, ut in hac corona factum est.

Accusatur *David* ab aliquibus crudelitatis in expugnatione urbis *Rabbæ*. Scriptura enim refert, aliquos fuisse ferris dissectos. *2. Reg. 12. Populum urbis Rabbæ adducens serravit, & circumogis super ois*

vata carpenta, divisitq; cultris, & traduxit
 in typo laterum; id est, ut *Varabius* explicat,
 per fornacem lateritiam, ut ignibus ustula-
 rentur. Et additur, sic factum est universis
 civitatibus. Quæ videntur valde excedere
 humanitatis regulas & terminos. Sed cum
Lyrano & *Dionysio* sentire oportet; hæc sup-
 plicia non toti populo, sed aliquibus de sin-
 gulis civitatibus illata esse, iis scilicet, qui
 auctores & fautores erant injuriæ Davidis
 legatis illatæ, quorum vestes, quia medias
 fecerunt, ideo ferris per medium dividi
 meruerunt; & quia barbam dimidiam rase-
 runt, cultris & gladiis vicissim rasi & muti-
 lati sunt; & quia per ignominiam legatos
 curribus impositos circumdlexerunt, ipsi
 quoque ferratis carpentis subiecti sunt. De-
 niq; quia crudelissimi erant Ammonitæ
 erga infantes suos, quos idolo *Melchon* vel
Moloch inter brachia candentia idoli con-
 cremare consueverunt, per fornacem quo-
 que igneam traducti sunt. Erat ergo com-
 mensurata criminibus pœna:

§. 13. *Ammonis incestus & cades.*

Anno 3000. ante Christum 1053.
 nascitur *Salomon*, sed lætitiã
 hanc obruit impudens facinus *Am-
 monis* sororem *Thamarem* opprimen-
 tis incestuosè, & mox repellentis. Unde

M 6

de

de odium in *Absolone* excitatum fit
quod non nisi sanguine fraternore
qui potuit.

Anno 3002. *Absolon*, *Amnonem*
filios Regis ad Convivium invitavit
villa *Baalhasor* juxta oppidum *Ephra-
im*, ibique per famulos *Gessuritas*
meditatum fratricidium inter epulas
perficit, occisoque *Amnone* fugit *Absolon*
ad avum suum *Tholomai* filium
Amneius Regem *Gessur*. Luctus
maximus *Davidis* & Regiæ familie
& triennale *Absolonis* exilium. Con-
stitutum in luctu solatur pulchra
doles & institutio *Salomonis*, cuius
Propheta *Nathan* pædagogus & im-
perator; tum ipse *David* cum *Bele-
bea* sollicitè & cum gaudio se im-
pendebant.

Anno 3005. Industriâ & Confid-
Joabi, & simul mulieris *Thecussis* pro-
dentiâ tandem exoratus *David*, *Absolonem*
ab exilio revocat, sed aspectu
patris privat, quem tamen an. 3007
Joab à *Davide* pro *Absolone* impetrat.

§. 14. Absolonis Rebellio & cades.

Anno 3008. Absolon ambitione movetur, & simul Achitophelis consilio incitatur contra patrem; & rebellionem parat occulte blandiendo & abalienando populum à Davide.

Anno 3009. erumpit conjurata rebellio Absolonis & populi contra Patrem. Fugit David cum paucis suorum, scilicet legionibus Cerethi & Pheleim custodibus Regij corporis, & cum Etha: Geiho filio Achis, qui recens ad Davidem, cum quodam sociorum manipulo venerat. Fugâ dilapso Davide, Absolon urbem Regis ingreditur, & suafu Achitophelis polluit patris concubinas. Siba adulatrix vulpecula falsò infimulans Dominum suum Miphobesehum, Davidem decipit, & persuadet, ut præcipiti sententiâ diceret: *tua sunt omnia, qua fuerunt Miphobeseh.*

Nimis citò David credidit Siba, & peccati à pluribus arguitur ob præcepti iudicium. Nimis credulâ esse magnatum suspicio.

cionem observat hic S. Bernardus, ubi eorum honore agitur, *magnorū neminē videri qui satis caverit versutias hujus vulpæ.* Inde ipsis pro nihilo ira multa, indeque incensuram frequens addictio: inde præjudicia absentes. Putant quoque Ss. PP. in penam hujus præcipitis judicij contra subditum, Deum permisisse, ut *David* mox servo *Semei* castigaretur.

Semei enim ad *Bakurim* progredientem Regem opprobriis, & lapidibus appetit, Rege ad impudentiam hujus bellæ non indignante, sed quoquo animo permittente.

Chusai fidelis Servus *Davidis* explorat omnia Consilia *Achitophelis Absolonis*, eaque nunciat *Davidi*, & sapienter invertit. Videns autem *Achitophel* ab *Absolone* posthaberi sua consilia, consiliis *Chusai*, quibus mora dabatur *Davidi* trans - Jordanem cum suis fugiendi, præ indignatione & mœrore laqueo sibi vitam eripit, factus testis veritatis illius: *Consilium malum Consultori pessimum.*

Absolon intelligens *Davidem* cum suis Jordanem transiisse, *Amasam* con-

xituit pro *Ioab* super exercitum, & omni celeritate Jordane transito castra locat in terra Galaad. *Amasa* porro nepos erat *Davidis* ex altera ejus sorore, nomine *Abigail*. Non dubitavit igitur nepos contra avunculum suum arma ferre sub ejus auspiciis, qui pugnabat contra parentem. Parato ergo utrimque praelio egressus est populus Davidicus in campum contra *Israël*, & factum est praelium in saltu *Ephraim*; cæsus est ibi populus ab exercitu *David*, factaque est plaga magna. Scriptura ait, *dispersum esse praelium super faciem omnis terra*, *Israëlitis* scilicet, quæqua versus fugam capefentibus. In fuga autem non ultimus *Absolon*, dum mulo insidens, concitus fertur subter condensam quercum, adhæsit caput ejus quercui & illo cælum inter & terram suspenso mulus pertransiit. Advolans autem *Ioab* triplici telo pendentem transfixit; & parcere volens multitudini, buccinâ cecinit, & à persequendo cupidum militem retinuit.

Eti

Etsi plerique putent, & pingant *Absolonem* capillo quercui illigatum esse; nulla tamen capillorum in Scriptura mentio est. Dicendum est infelicem *Absolonem* caput ita inseruisse ramis arboris, ut iis collum eius constringeretur. Unde mente confuso sese expedire non posset, donec hasta confossus interiret.

Joab occidendo *Absolonem* non est expertus criminis, regis enim filium contra severissimum regis imperium, ac proinde iniuste interfecit. Unde etiam *David* dignitate eum deicere voluit & moriturus ejus eadem *Salomoni* mandavit,

§. 15. *Israël* revertitur ad *Davidem*.

Obtentâ victoriâ, quanquam *David* valdè luctuosâ ob occisum *Absolonem*, revertitur *Israël* ad regem suum, multum quoque ad hoc laborante *Amasâ*, qui partes *Absolonis* perfidè sequebatur; sed nunc fortius atque potentiùs pro reducendo ad regem populo agebat. *Semei* quoque reversus & prostratus veniam pro maledictis petiit, & obtinuit. Sed & *Miphiboseph* reduci *Davidi* innocentiam suam exponit & contra falsat

Siba criminationes queritur, cui Rex: *quid ultra loqueris? fixum est, quod locutus sum: tu & Siba dividite possessiones.*

Videtur David contra justitiam peccasse quod agnitâ *Miphibosethi* innocentiam dimidium nihilominus bonorum criminatori *Siba* addiderit, ex aliqua scilicet verecundia, ne videretur errasse. Quæ verecundia sæpè magnatum & Regum purpuram injustitiæ maculâ dedecorat, ut seu fas seu nefas edixerint; illud tamen fixum sit, quod locuti sunt, Ita observant *Cajetanus* & *Abulensis*. Credibile quoque est Davidem damnum illud quod *Miphibosetho* præcipiti iudicio intulit aliunde iterum compensasse.

Anno 3010. *David* reducitur à tribu Juda Hierosolymam ad pristinum solium regium; ad quod indignantes reliquæ tribus, atque illud sibi contemptum habentes, tanquam in seipsis alijs tribubus tantum tribus Juda furtim reduxisset regem, moti sunt in seditionem, *Sebâ* addente flammam: non est nobis pars in David, neque hereditas in filio *Isai*, revertere in tabernacula tua *Israël*: separatusque est omnis *Israel* à David & secutus est *Seba* filium *Bochri*, 2. Reg. 20. do.

20. donec *Joab* in *Abela* morantem
ba obsedit; ubi cives malè sibi me-
 entes mulierem mittunt ad *Joabum*
 murorum altitudine loquentem
 promittentem caput *Seba*; si mo-
 muros urbis non dirueret, & à vi iur-
 rendâ abstineret. Quod & factum
 resecto enim, & de muris projecto
ba capite, *Joab* pacificus recessit, quan-
 in hac expeditione laudandus, tam
 reprehendendus, quod *Amasam* à *Da-*
vide in gratiam receptum per pro-
 tionem, uti aliàs *Abnerem*, ita huius
 quoque interemerit.

Memorable quoque factum illud *Da-*
 dis erat, quod rediens Hierosolyman
 domum suam illas concubinas, quas pub-
 licè scædaverat *Absolon*, in aliquam cultu-
 am, liberam scilicet, ac veluti monia-
 lium more concluderit, alimenta ad diet-
 vitæ liberaliter eis præbens in mercedem
 præcedentis famulatus, ubi conclusæ
 Deo servirent, neque in oculos hominum
 incurrerent & memoriam impurissimi
 gitij *Absolonis* renovarent; tum etiam,
 si à rege defererentur, cum regis dedecor-
 furtim cum alijs viris confuescerent. *Re-*
enim non est amplius ingressus ad eas quia fact-

sunt quasi nurus ipsius per conjunctionem cum filio ejus *Absolone*, quamvis affectu non maritali habitam.

§. 16. *Pæna sumitur à posteris Saulis.*

ANno 3011. incipit fames inter Israëlitas, quæ triennio duravit; causam hujus agnoscit *David* à Domino, dixitque Dominus famem hanc esse propter *Saul & domum ejus sanguinum*: quæ scilicet multum sanguinem injustè effuderit, & nominatim occidendis Gabaonitis. Non erant quidem illi de filiis Israël; sed reliquæ Amorrhæorum, quibus tempore *Iosue* Israëlitzæ juraverant, se eos conservaturos *Saul* autem eos zelo pro filiis Israël & Judæ interfecit. Itaque *David* misit ad Gabaonitas, qui interrogarent, quam pro illatis injurijs peterent satisfactionem; illisq; postulantes pœnam Talionis, ut traderentur sibi necandi omnes, quotquot erant de familia *Saul*, cum id quoque in Gabaonitis tentatum fuerit à *Saule*; *David*, interposita mansuetudine suâ, eò rem transiegit, ut acciperent septem de *Saulis* fami-

familia. Dedit ergò Gabaonitis
 cifigendos tanquam publicæ fa-
 piaculum, duos filios *Respha* concu-
 næ *Saulis*, & quinque filios *Michol*
 sed veriùs erant quinque filij *Merobis*
Michol enim caruerat liberis, & filij
Merobis sibi adoptaverat, ut ait *S. Hieronymus*. Omnes ergò hi cruce affi-
 sunt in *Gabaa* oppido *Saulis*, ut ex
 loco, in quo peccatum fuerat, factum
 intelligeretur puniri *Saulem* in filiis
 nepotibus, idque factum sub festo
Azymorum, & brevi post ite-
 tas Deo miserante finita est. 2. Reg.
 Anno 3014. varia iterum prælia
David & conficit contra *Philistinos*
 §. 17. *David* peccat numerando popu-
 lum & punitur.

A N. 3016. & 17. cum altissima pe-
 ce fruere tur *David*, & inter gra-
 tias Deo actas etiam heroës suos rece-
 fuisset, iussit quoque numerari unive-
 sum populum *Israëlis*; ideoque gra-
 vissimâ peste mulctatus est populus
 universus, ita ut morentur 70. milia

lia virorum, *Gad* Prophetâ optionem faciente Dei nomine vel pestis, vel famis, aut belli; Davide autem pestem eligente.

Sed nunquid peccavit solus *David*? sic est: solus *David* peccavit in numerando ex vanitate aliqua & superbia; populus autem, qui numerabatur, peccaverat multum, adhærendo *Seba* seditioso & viro *Behai* contra legitimum regem suum. Permisit ergò Deus *Davidis* lapsum, ut populum castigando cum rege humilem & obedientem regi suo esse doceret.

Angelus percutiens gladio Domini, sive peste, visus fuit in area *Areuna Iebusai* supra illam nonnihil elevatior, ut videri à multis posset. Et visus est primò ab *Ornan* sive *Areuna* Domino illius loci, cum tere- ret triticum in area cum filiis quatuor quos Angelus insolito fulgore percusserat, ut viderent visibili ac humanâ specie Angelum vibrantem gladium; statimque omnes trepidi aufugerunt. Vidit autem & *David*, & viderunt Seniores plurimi tum ex arce *Sionis*, tum ex urbe inferiore, & regem Consilii causa adierunt, qui exemplo regis omnes vestiti cilicio pœnitentiam egerunt. In hac ipsa area postmodum cessante peste, & Angelo iterum visibili specie recondente gladium, Sacrificium *David* insti-

instituit, quod ut ostenderet Dominus, acceptum esse, missus de cælo ignis consumpsit. Videns autem David Deo gratias esse Sacrificia in hoc loco peracta, et jam ante Sacrificium, spatium illud arcum unam cum bobus & plautro emisisset, & tricenis auri uncis, id est, bis mille quinquecentis aureis solvisset; pro bobus autem & plautro 50. siclos argenteos dedisset. Nunc locum Angelicâ visione conspicuum pro templo ædificando destinatum, idem populo manifestat. Et præcepit insuper ut congregarentur omnes profelyti in terra Israël, qui præpararent lapides, ligna, cæteraque ad templum necessaria, non quod ipse ædificaret, sed has curas filio successori commendaret.

§. 18. *Abisag jungitur Davidi.*

AN. 3016. Medici curam habentes valetudinis regis, ut remedium præberent Davidi contra senile frigus, quasiêrunt puellam virginem *Abisag Sunamitidem*, quæ senem fovaret, & ministraret; & acquievit bonus senex voluntati servorum suorum, ita tamen ut periculum peccandi evitaret. Itaque eam in omnem eventum duxit uxorem. Quod autem notatum est, eam

eam à Davide cognitam non esse, ad Davidis laudem pertinet, à licita delectatione, quæ tam grandævæ ætati parùm congrueret, abstinentis. Et cognitam non fuisse puellam illam confirmat conjugium postea ab *Adonia* expetitur cum *Abisaga*, ad quod apta non fuisset, neque ab eo ullo prætextu postulata, nisi à parente cognitam non esse pro certo haberetur.

§ 19. *Pra Adonia Salomon Rex constituitur.*

ANno 3019. *Adonias* insolescit, & regnum conatibus temerarijs ambit. *Bathsabea* autem & *Nathan* Salomonis partes tuentur & pervincunt, ut anno 3020. *Salomon* Rex inauguretur, & in *Gihon* à *Sadoc* ac *Nathane* solennibus cæremonijs consecratur; non mediocriter turbato *Adonia*; ipso autem Davide honorante, & *Salomonem* tanquam Regem à Deo electum adorante.

Quamquam *Adonias* titulo primogenituræ sibi regnum arrogaverit Cerat enim is
jam

jam fratribus natu majoribus mortuis, primogenitus) Salomoni tamen, tanquam Deo electo (*Sed & de filiis meis Deus elegit Salomonem, inquit David*) & tanquam digniori & aptiori datum est regnum. Adoniam enim, siquod jus habuisset, insolentia tenuit (ut qui vivo adhuc parente regnare voluit,) indignum se reddidit. Ita *Pineda*, & *Ambrosius* ait, *eo usque David precavit, ut cum Adoniam regnum sibi usurpare cõperisset, & gerere conuentus, non eum, qui preripere gestiebat; sed eum, qui expectaret, eligeres.* Et *Chrysofostomus*: *inversus est ordo, & primogenitura dignitas transit ad eum, qui virtute animi præfulgebat.* Demùm peculiare hoc fuit in regno Hebræorum, ut ex ore primogenituræ, non succederent in regnum, sicut in pontificatum, primogeniti.

§. 20. *Davidis Testamentum & Mors,*

A Nno 3021. ante Christ: 1032. *David* convocat ad se principes populi, Levitarum & Sacerdotum primos, & filios suos: in quo conventu stabilivit regnum *Salomonis* contra *Adoniam*. * 2dò coram omnibus regni principibus mandavit filio successuro regi

ædificationem templi. * 3. excitavit omnes ad largiendum liberaliter pro templifabrica. * 4. commendavit Levitarum ac Sacerdotum pro servitio Domini exactam in templo DEI distributionem per officia singulorum, * 5. totam recensuit militiam duodecim turmarum præfectis subiectam; ut suppleretur, siquid splendendum esset. Quæ omnia facta sunt in præsentia principum Israël & filiorum regis. * 6. *Salomon* Rex constitutus & monitis optimis à patre instructus est. * 7. *Abiathar* etiam summus Pontifex propter conjurationem cum *Adonia* habitam exauctoratus & *Sado* inunctus est. * 8. *Salomon* secundo consecratus. * 9. sacrificium in gratiarum actionem ab omnibus peractum. * 10. Testamentum quoq; Davidis conditum & variorum executio *Salomoni* commendata.

Inter illa quæ David moriturus in mandatis dedit *Salomoni* post mortem exequenda, fuit gratitudo erga *Berzellai* amicam regis, *Sed & filio Berzellai Galaatidis*

N

red.

reddes gratiam, eruntque comedentes in
 sâ tua; occurrerunt enim mihi, quando
 giebam à facie Absolon. Similiter de Ma
 qui & ipse liberalitate suâ devinerat
 videm, & de Sobi filio Naas benefacti
 bus Davidis commendatum fuit Salomoni

Contra loabum autem & Semei man
 tum, est Salomoni, ut pœnam sumeret
 enim de Joabo. Tu quoquè nosti, qua
 rit mihi loab filius Sarvia id est, meus
 sorore nepos. Quid fecerit duobus prin
 bus exercitus Israël, Abner filio Ner, qui
 nimirum ante 35, annos per proditio
 interfecerat; & Amasa filio Iether, qui
 itidem ex sorore Abigaele nepotis. Fac
 ergò iuxta sapientiam tuam & non dila
 tanciem eius pacificè ad inferos.

Sed quare David vult loabum pro
 prædicta crimina, quamvis canum & man
 pro regno laboribus perfunctum, & viri
 regio sanguine progenitum, interfici
 ge Salomone filio Davidis & cognato lo
 &. causa hujus mandati est Zelus iustit
 in Davide, qui omnibus aliis titulis
 ponderat. Itaque David, quam diu
 ex aliqua gratitudine & simul tenerit
 ne animi interficere quidem non vol
 Salomoni tamen, cui eadem causa im
 gendi non fuit, negotium commisit, a
 ra causa fuit potentia loabi, cui militi
 hæserat, & regnum Davidis continua

quietudine agitabatur, idè David prudenter delictorum meritam poenam distulit & dissimulavit. Circa hoc autem tempus à Iobo senio jam languente defecerat militia, & Iob in super ultimis diebus David contra Salomonem rebellionem Adonia non mediocriter incendit, & promovit. Unde Salomoni plectendum relinquit statim in initio regni, ne majores turbas excitet.

Adversus Semei ita mandatum est Salomoni, habes quoque apud te Semei filium Gera filij Semini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad castra, sed quia descendit mihi in occursum, cum transirem Iordanem, juravi ei per Dominum dicens: non te interficiam gladio: tu noli pati eum esse innoxium.

Si juravit; non te interficiam, quomodo nunc jubet interfici à filio? quod quis per alium facit, per se fecisse censendus est. Hic jurasse Davidem se non interfectorum Semei quod etiam præstitit. Itaque hoc juramento potestatem ac jus Salomoni occidendi Semei non ademit; erat enim Salomon legitimus iudex constitutus. Potuit igitur peccata, quæ pater suus David tanquam privata persona condonaverat, iusto nihilominus supplicio afficere. Itaque Salomon occidere Semei postmodum poterat, non tanquam ex mandato accepto à Davide

fed ut legitimus iudex vindicativæ iudicatus satisfaturus. Accedit, quod jurata *vidis* promissio fuerit ex gratia & liberalitate, itaque in tantum obligat quantum promittens intendebat, se non interfectorum per se ipsum, quod etiam deinde est per *Salomonem*. Aliud (ut observat *Tostatus*.) Quando duo iure conveniunt inter se super aliquo negotio ad cuius confirmationem iuramentum intervenit; tunc tota conventio ac stipulatio interpretanda est secundum verborum usum communem. In hoc casu si diceret: ego te non interficiam, id est ex communi usu & interpretatione debet non interfectorum neque per se, neque per alium.

ANno 3021. ante Christum omnibus ad piè obeundam matrem ritè præmissis & ordinatis, *David* demùm *Dormivit cum patribus suis* sepultus est in civitate *David* arce *Sionis*. Dies autem, quibus regnavit *David* super *Israël* 40. anni sunt: *Hebron* 7. In *Jerusalem* 33. & mortuus est in senectute bona, plenus dierum, divitiis, & gloria. 3. Reg: 2.

Credibile non est quod narrat *Iosephus* ingentem pecuniæ summam in sepulchro

conditam esse. quare enim occultasset sub terra, & non potius pro structura templi elocasset; & quare tantam vim pecuniæ Salomon, qui ultimis annis egere cœpit, aded quidem, ut à rege Tyrio 120. talenta auri mutuo accepisse dicatur, quare hos Thesuros sub terra otiosos reliquisset? Itaque magnificum quidem ac regio sumptu pretiosum sepulchrum, non tamen tam immensi thesauri, qualem Iosephus describit reconditorium fuit.

§. 21. *Vxores & liberi Davidis.*

UXores Davidis. Michol 1. Reg. 18. ex hac nullas suscepit proles * Achinoa Israëlitis 1. Reg. 25. * Abigail vidua Nabal. 1. Reg. 25. * Maacha filia Tolmai Regis Gessur. 2. Reg. 3. * Haggith. 2. Reg. 3. * Abital. 2. Reg. 3. * Eglā, ibidem. Habuit & alias adhuc innominatas in Scriptura, item concubinas.

Filij Davidis Amnon primogenitus ex Achinoa * Cheleab secundò genitus ex Abigaële. Vocatur hic etiam 1. Paralip. 3. Daniel * Absolon tertio genitus ex Maacha: hujus soror erat Thamar * Adonias quartò genitus ex Haggitha

ut ait *Torniellus*, has nuptias cum uxore patris sui non leve allaturum momentum ad regnum præripiendum *Salomoni*; utiturque ad has nuptias *Bethsabea* interpellante apud regem: detur *Abisag Sunamitis Adonia* fratri tuo uxor, sed repudiatur petito: quare postulas *Abisag Sunamitidem Adonia*? postula ei & regnum. Hac temerariâ postulatione incitatus in justam vindictam *Salomon*: vivit *Dominus* ait, quia hodie morietur *Adonias*; misitque Rex per manum *Banaje filij Iojada*, qui interfecit eum, & mortuus est.

Abulensis & *Pineda* excusant *Salomonem* à culpa in *Adonia* interficiendo, ed quòd hominem, tyrannidem iteratò ambientem pro bono publico sustulerit, & quidem non tantum, quod sibi ab *Adonia* timeret *Salomon*; alioquin jam dudum interfecisset; sed quia eum reipsâ deprehendit, in opere, quod ad regni affectionem spectabat.

Sublato *Adoniâ* complices quoque tanquam firmamenta rebellionis deiecit *Abiatharem* & *Ioabum*. *Abiathari* quidem sacerdoti dixit Rex; vade in *Anathoth*, ad agrum tuum, equidem

vir mortis es; sed hodie, id est, pro tua culpa, te non interficiam, quia portasti arcam Domini coram David patre meo & sustinisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus. Posthæc mandatum regi, quod fugisset Joab in tabernaculum Domini; & esset juxta altare. Misit igitur *Banaïam*, qui citaret Joabum ad tribunal, causam diceretur; illo verò respondente: *Non egrediar, sed hic moriar*. Salomon mandavit *Banaïa*, ut faceret, sicut locutus est Joab. Ascendit igitur *Banaïas* filius *Joiada* (ad tabernaculum scilicet, & altare, quod in excelso erat) & aggressus eum interfecit.

Sed quod jus fuit in *Salomone* sæculi principe adversus summum Sacerdotem, eum gradu deijceret? *Abulensis* ait veteri testamenti Sacerdotes regi directè subiecti fuisse, sicut laici fuerunt, quia potestas eorum Ecclesiastica non fuit distincta à seculari. *Saliani* fortè opinio melior est, qui speciali Dei jussu id factum esse dicit, *Sadoe* Pontifice & *Nathane* Prophetâ, qui cum *Salomone* erant, mandatum Domini annuntiantibus, sic enim Scriptura: *deprecatus*

ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo; erat autem Heli abavus Abiatharis.

De cæde Ioabi ad altare peractâ in loco asyli ita *Theodoretus*: non existimâsse regem se loci sanctitatem violare in eo interficendo, qui proditoriè duorum principum sanguinem fudisset lege sic expressè iubente *Exod. 21 v. 14.* *Si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Neque profanari poterat fuso sanguine humano altare illud, quod perpetuo sanguine cruentari solebat. Quod verò *Salomon Ioabum* interfici iusserit ad ipsum altare, & non potius extrahi, ad hoc *Pineda* ait, prudenter iudicâsse *Salomonem* perinde esse *Ioabum* ad aram occidere vel eum indè extractû alibi jugulare; utrovis enim modo violabatur locus, nisi legis dispensatio intervenisset. Undè falluntur illi, qui putant se immunitatem conservare, si confugiunt ad asyla inde quidem non extrahunt fame tamen vel igne circum fuso enecent. Hoc potius est illudere privilegio, quam servare, hæc *Pineda*. Sunt tamen aliqui qui culpæ reum agunt *Salomonem*.

§. 2. Salomon divinitus Sapiens
exornatur.

Salomon conjuratione oppressa, & inimicis sublati, victimis postulat à Deo sapientiam in *Gabaoth*, quod erat excellentissimum, & impetrat cum divitiis ac gloria, & potentia regia.

Sapientiae acquisitio in *Salomone* fuit receptio plurimorum habituum divinitus infusorum, quibus fiebat habilis ad contemplationem objectorum, quae sunt propriae diversarum scientiarum, quomodo dispositi sunt illi, qui multis actibus laboriosè acquiescerunt, hoc discrimine, quod uno momento acceperit omnes simul infusus, absque ulla difficultate, quos nos comparamus & quidem valde paucos longo tempore, nec adeò firmos & constantes, nec adeò perfectos & illustres, quemadmodum *Salomon*; & quanquam sapientia *Salomonis* superasse dicatur omnium hominum, quot fuerunt aut erunt, meritò tamen accipitur *Adamus* in statu innocentiae conditus, qui fuit humanae perfectionis exemplar, ideoque instructus tali intelligentia, qui omnium hominum, qui purè tales nascituri erant, excederet.

Non dictis tantum sed & scriptis *Salomonis* sapientiam suam prodidit; nam praeter *Eclesiastem*, *Proverbia*, *Cantica*, *Sapientiam*

Librum octo præterea millia librorum, alterius argumenti composuit, in quibus carminum Odarumque mille & quinque, Dramatum tria millia. *Disputavit*, inquit *Scriptura*, *super lignis à Cedro, qua est in Libano usque Hyssopum, qua egreditur de parietu.*

§. 3. *Sapiens iudicium Salomonis.*

Specimen singulare Sapientiae edit anno vitæ suo 23. ut computat *Salianus*, qui viginti annorum fuisse *Salomonem* ait, quando Rex Judæ constitutus est, & minimè duodecim tantum, ut quidam fingunt, vel secundum traditiones Hebræorum loquuntur. Igitur instructissimum se Sapientia probavit in concertatione duarum mulierum pro vindiciis ambigui infantis; cum enim altera incautà incubatione corporis nocte suum partum oppressisset, vivam alteri profundius dormienti surripuit prolem. Plagium ista repetente, & alterâ negante quid lite in ancipiti faceret *Judex*? veritatem nimirum nullis rimandam argumentis, è pectoribus litigantium eruit;

rui; cum ex ore non posset, fecerunt
rum latentes affectus scrutaturus
vum puerum jubet secari medium,
utrique parti in jure dubio tradi, quod
audito genuina parens commotis
ceribus mox cedere jure suo, & vel
prolem vivam ac salvam; ubi plaga
ria econtra crudelem ex alieno dolor
voluptatem captura dividi postula
bat infantem, quo indicio à Rege sa
pientissimo vera mater deprehensa.

*§. 4. Nuptia Salomonis cum filia Pha
raonis, & amicitia cum Rege
Hiram.*

Eodem anno tertio Regni sui *Salomon* nuptias celebrat cum filia *Pha
raonis* Regis *Ægypti*; neq; enim lex
prohibebat ducere alienigenas, si eas
converterentur; ut *Abulensis* & *Pam
da* præceptum Domini de non duces
dis alienigenis interpretantur. Sa
lennitatem harum nuptiarum abunde
Salomon in Epithalamio suo celebrat.

Anno 3022. *Hiram* Rex *Tyris* solen
ni legatione *Salomoni* de Regno ob
tent

tento gratulatur, & amicitiae foedere
 jungitur, mutuoque litterarum com-
 mercio, & ad Dei templum ædifi-
 candum misso liberaliter ab *Hyrano*
 subsidio operariorum & materiarum
 amicitia mutua firmatur & propa-
 gatur.

**Epistola Salomonis ad Hyramum
 sive Suronem Regem Tyri
 ex Eusebio.**

REX SALOMON SURONI REGI TYRI,
 SIDONIS ET PHOENICIS AMI-
 CO PATRIO SALUTEM.

SCITO accepisse me regnum à patre Da-
 vide, Dei Maximi beneficio: qui eti-
 am praecepit, ut templum Deo, qui caelum
 & terram condidit, adificarem; simul eti-
 am ut ad te scriberem, qui de tuis populis
 ad me mitteres, qui mihi adsint, donec
 opus Dei perficiatur, ut mihi imperatum
 est. Adduntur in Græco sequentia.
 Scripsi autem & in Galslaam, & Sama-
 ritidem, Moabitidem, & Ammonitidem
 (haec enim gentes tributa pendebant
 Salo-

Salomoni) & Gabaatitidem, ut eius regione necessaria suppedient &c.

Responsio Hyrami sive Suronis ad Salomonem.

SURON SALOMONI REGI MAGNO
SALUTEM.

Benedictus Deus terra ac cæli conditor, qui virum optimum ac parentis optimi filium elegerit, litteras tuas simul atque perlegi, summam animo voluptatem cepi, Deoq; gratias egi, quod regnum capessisset. Quod autem à nobis homines operisque postcis, Tyriorum ac Phœnicum viginti milia ad te misi, atq; inter caeterum architectum, patriam quidem Tyrium, Sidonem matre Iudaea natum, eadem ex Davidis tribu, qui tibi, quacunq; ex eo quaesieris, qua cæli huius ambitu continentur, si modo ad architecturam pertinebunt, ea cum scienter edisseret omnia, tum etiam facile perficiet. Quod superest, partium tuarum erit, ad locorum praefectos scribere, ut huic tanta hominum multitudini, quacunq; necessaria fuerint, diligenter abunde provideant.

Ad eundem modum litteras scripsit Salomon ad *Naphrem* Regem Ægypti, à quo operarum multa millia quoque accepit in templi fabricam.

§. 5. *Ædificatio Templi.*

Templi fundamenta cœpta sunt poni anno mundi 3023. *Salomonis* 4. *Sadoc* summi Pontificis 3. exitus populi ab Ægypto 480. imperij Assyriorum 1092. *Eupalis* Assyrii Monarchæ 35. ante Christum 1030. Cœpta sunt autem in mense *Zio*, ut Scripturâ vocat antiquo & Hebræo nomine, mensis *aperitionis florum*, ut *Hieronymus* interpretatur. Et vocabatur hic mensis post captivitatem Babylonicam *Iar* respondens Aprili nostro. Locus templi fuit mons *Moria*, qui demonstratus fuerat *Davidi* in area *Ornam* *Jebusæi* 2. Reg: 24. dictus in *Genesi* *mons visionis*, in quo destinatum fuerat sacrificium *Isaaci* à patre *Abrahamo* offerendum. Mons arduus & petrosus appellatur à *Iosepho* adiacens muro orientali civitatis, & pertinuit mons iste tam ad tribum Benjamin, quàm Judæ ut *Villalpando* placet, eò quòd funiculus utramque tribum secans per medium montem pertransivit. Inter montem *Moria* & inter *Sionem* vallis erat, quæ dicta est *Vorago Mello* à Meridie, & ab Oriente vallis *Cedron*, ab occidente

si opponeretur monti *Calvaria*, & à lo-
tentione arci *Antonia* in monte excu-
sitæ.

TEMPLI FUNDAMENTA.

Quia constat ex Scriptura extructio-
nem templi ab anno quarto *Salomonis*
usque ad annum undecimum fuisse pro-
mota, sic enim legitur. 3. Reg. c. 6. *anno*
quarto fundata est domus Domini in mense
Zio, & in anno undecimo mense Bul, ipse
mensis octavus, perfecta est domus in opere suo.
Ideò quæ ad singulos annos reducere non
possumus, ea quæ præ cæteris memorabi-
liora templi hujus fuerunt, hic simul in eun-
dem annum conijciemus.

Quia mons *Muria* vertice suo tantæ
altitudinis non erat, ut sufficeret templo
latando, necesse erat ingentes & profun-
dissimas facere substructiones à vallibus ad
verticem usque coronandum eductas, quarum
maxima fuit & spectabilissima *Orientalis*,
quæ ex vicino colle *Oliyarum* con-
templantibus gratissimum & magnificentum
spectaculum præbebat. Tradit *Villalpanda*
altitudinem orientalis substructionis (idem
de aliis proportionaliter intelligendum)
fuisse 300. cubitorum, crassitiem 50. ad
cohibendam terræ congestionem, quæ
Salomon atriolorum templi aream laxandam
curavit: ad sustinendum item peribolum,
quo

quo universi templi fabrica cingebatur. Porticum item gentium & Israelitarum. Ad hanc surgentem ad eò in altum substructionem adhibita sunt fulcimenta, quæ Anterides & Erismae appellantur à Græcis, quæ cum ipso muro construebantur, & ultra eum in imo fundo ad 100. cubitos excurrebant, & paulatim ad summam substructionem minuebantur; firmiores autem anterides constituebantur in angulis substructionum. Et tametsi mons fuerit petricosus, adeoque ferendis ponderibus fabricæ immensæ aptissimus, plurimum tamen laboris hæc ipsa durities causabat propter plurima loca subterranea, firmissimo opere constructas Crypto-Porticus, culinas, Gazophylacia, horrea, cellas vinarias, & olearias, & id genus loca, quæ ad eò ampla fiebant, ut in illa inferri possent ac conservari omnes primitiæ ac decimæ totius Israël, ut suis temporibus multis Levitarum millibus distribui possent. Ex quibus colligi potest in solo templi huius fundamento non ignaviter unius, imò & plurium annorum spatium à multis operarum millibus fuisse collocatum; totius autem fundamenti primum lapidem jecisse *Salomonem* maxima cum solennitate indubitatum est.

FABRI-

FABRICÆ MAGNITUDO ET DIVISIO

TOtius fabricæ magnitudo cum atrii speciem quandam civitatis benè magnæ referebat, & remotè contemplantibus ut *Iosephus* ait, mons quidam videbatur in veus mistis auro radiis non absq̃ue oculorum pavore. Peribolus totius fabricæ fere septem ædificij totius extrema circumiens fuit per circuitum in longitudine quingentorum calamorum, id est, trium millium & viginti quinque cubitorum: Calamus enim est mensura sex cubitorum & palmi. Ad hunc peribolum ascendebatur quaternis scalarum gradibus, & in ascentibus istorum graduum in festis solennioribus cantica graduum seu psalmi gradualia cantabantur à levitis. Post peribolum procedebatur in porticum gentium sacris & profanis, mundis & immundis, indiscriminatim omnibus apertam. Ab hac introitus erat in atrium Israëlitarum, quò solis Israëlitis accessus dabatur, Ex hoc in atrium Levitarum, ubi Levitæ habitabant struaturis circumquaque magnificis surgentibus porticibusque amplissimis distinctis, sicuti in priore atrio Israëlitarum. In medio hujus atrij erectum erat altare holocaustorum, mare etiam & Luter collocabantur. Templum ipsum sic se habebat. Altitudo ejus universa (pluribus enim contignationibus

bus ædificium intercipiebatur) in centum viginti cubitos assurrexit, sexaginta cubitos in longum, aut septuaginta, si vestibulum annumeres, viginti in latum continebat. Fuit autem ædificium tripartitum primo prætendebatur templo vestibulum seu porticus longitudine viginti cubitorum, latitudine decem. Pars ei contigua in longitudinem quadraginta cubitorum, in latitudinem viginti excurrit: & dicebatur hæc pars *Sanctum*, seu appellatione strictiore templum. Ab hoc muro cedrino multis gemmis interpolato separabatur pars tertia, quod Penetrabile, Adytum, Sacrarium & *Sancta Sanctorum*, & *domus Propitiationis* appellabatur, soli Pontifici, & semel duntaxat in anno adeundum, totum tenebrosum, ita ut nec Pontifex ingredi auderet sine fumo thuris, & nebula, ne luce pervia revelari ex loco quidquam posset, quanquam totus aureus esset.

MATERIA TEMPLI ET PULCHRITUDO.

Præter vulgares lapides, qui maximi & solidissimi eligebantur, præsertim in fundamentis decem vel octo cubitorum, marmor Parium abundantissimè præparaverat *David*; marmor autem illud erat inter omnia candidissimum, & albis lapidibus excitatos ad lacunar usque templi parietes affirmat *Josephus*. Præceperat etiam

Salo.

Salomon tolli pro templo lapides pretiosi
 diversicolores, quales sunt Porphyreus
 & à serpentium vel maculis, vel ab inge-
 ta virtute contra serpentes Ophirici
 adhibiti etiam lapides Onichini, id est,
 loris unguium, & Stibini, qui sunt nig-
 cantes & velut ferruginei coloris, quales
 Pasaltem vocat Plinius, ex quibus non
 lum columnarum capitella confecta, bal-
 epistylia, Zophori, coronides, portarum &
 fenestrarum ornamenta, sed pavementum
 etiam constratum. Lapidés ad templi
 eturam ita ad invicem erant artificiosè
 dinati, ut nullius fissuræ apparet vestigi-
 um, sed *connata potius omnia, quam con-*
fla viderentur, inquit Josephus & quodam-
 rum, ipsa Scriptura memorat: *malles*
securis & omne ferramentum non sunt usura
in domo, cum adificaretur. Juxta commu-
 nem expositionem in monte ita circumdatus
 & politus sunt lapides ad normam ab ar-
 chitectis datam, nihil ut postea opus esse
 instrumentis in templo, ad eos reliquæ
 bricæ coaptandos.

Non tantum Oraculum, sed templum
 quoque sive domus quæ erat ante Oracu-
 lum, eratque eo duplo major, Opertum
 fuit auro purissimo, idque non bracteolâ
 tenuissimis inauratum, sed laminis aureis
 investitum, & quidem cum multo artificio

multiplicique cæsura, florum, fructuum, palmarum, Cherubinorum &c. 2 Paralip 3. *fecit quoque domum Sancti Sanctorum, & laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis id est juxta supputationem Epiphaniij (attribuentis 125. libras auri cuius talento, id est duodecim millia & quingentos aureos) septem millionibus & quingentis millibus aureorum. Clavis etiam affigebantur laminæ subjectis cedrinis asferibus, quorum quilibet valebat aureis 208. cum triente, magnos enim esse oportebat hos clavos, qui non tam ad necessitatem, quam ornatum adhibebantur, & palas insuper habebant ad lapillos pretiosos includendos. Ipsum quoque pavimentum tam templi, quam Oraculi, quanquam ex marmore esset, auro tamen obtectum fuit ad gloriam & magnificentiam; tectum quoque templi augustissimi ex tegulis aureis intrinsecus, forinsecus æneis. Prospexit fortasse Dominus futuris temporibus, ut si auro templum privaretur, saltem marmore domus sua decoraretur. Columnarum, fenestrarum, absidum, trabeationum, podiorum, basium, striarum, virgarum, testudinum, portarum parastadum & similitum mira fuit & inexplicabilis elegantia, & artificium, ut non hominis inventum sed Dei opus esse intuentes omnes affirmarent.*

OR.

ORNAMENTA ET VASA TEMPLI.

IN vestibulo templi duæ prostabant columnæ, à dextris altera, & altera à sinistris, & unaquæque illarum, ut *Villalpandus* dimetitur, fuit cum basi septendecim cubitorum cum dimidio, seclusâ plintho, quæ absolvit decimum octavum cubitum in longitudine; in crassitie autem sex cubitorum, ita ut diameter esset duorum cubitorum ex ære fuso. *Æ*is universi pondus, tametsi cavæ columnæ essent, juxta *Villalpandum*, in duabus columnis 6037. talenta, 21. libræ, aurum autem quod crassitudine unius digiti columnarum totam vestisset, narrat *Eupolemus*, in una columnâ impensum esse ad 2879 talenta, bras decem, uncias undecim. Fueruntque in utraque columna 95. milliones, 55. millia, 124. nummi aurei Romanæ monetz ita *Villalpandus*. Nomina columnarum erant *Sachim* & *Booz*.

In atrio Sacerdotum ingens altare æneum visebatur ad holocausta accendenda, 20. cubitorum latitudine. Ibidem amplissimum aquarum receptaculum ex ære fabricatum 12. bouum dorsis ex eadem materia sultum; *Mare æneum* dictum pro Sacerdotum manibus ac pedibus ablucendis, tria millia metretarum capiebat; metretæ singulæ 36. mensuræ nostrates. Ita

varia labra & conchæ ad intestina & pedes
victimarum purganda. Ibidem mirabilis
subterraneorum receptaculorum amplitu-
do, ad quæ aquæ defuebāt, quacunq; plum-
beis fistulis subter terram descendantibus,
quibus omnia abluerentur & mundarentur
quæ in receptaculis illis vasa custodi bātur,

Vasorum aureorum & argenteorum in-
gens copia: æneis non memoratis. Ex au-
ro mensæ majores decem. * mensarum pau-
lò minorum decem millia, * Candelabra
majora aurea decem. * Aureorum minorum
decem millia. * Phialarum, & libatoriorum
ex auro 20 millia. * Cantharorum vinario-
rum 8 ex auro millia. * Phialarum iterum au-
rearum centum millia. * Lancium aurearum
octo millia. * Craterum aureorum ad simi-
lam subigendam sex millia. * Tubarum,
quales Moyses præscripsit ex auro ducenta
millia. * Instrumentorum ex electro, id est,
auro minoris pretii, quatuor millia. *

Ex argento fuerunt viginti millia men-
sarum minorum, * Candelabrorum mino-
rum viginti millia * Phialarum & libato-
riorum quadraginta millia, * Cantharorum
Vinariorum centum & Sexaginta millia &
totidem lancium argenteorum * Iterum
Phialarum minorum ducenta millia. * Cra-
terum ad similam subigendam centum & vi-
ginti millia. * Mensurarum quadraginta
millia. * Thuribulorum quinquaginta mil-
lia. *

Sum-

Summa vasorum aureorum quadraginta & viginti millia; argenteorum verò mille millia & quinquaginta millia. Unde colligi quoq; potest, quantus fuerit apparatus vestium Pontificiarum & Sacerdotalium præsertim cum ingens Sacerdotum coetus fuerit & Levitarum viginti quatuor millia Præpositorum & Judicum sex millia: quatuor millia janitorum totidemque organicanentium.

NUMERUS OPERARUM IN EXSTRUENDO TEMPLO.

Hierosolymis in extruendo templo laborabant hominum supra centum millia, & sexaginta quinque millia: Præsectorum tria millia, sexcenti: Profelytorum (qui è gentibus ad Judaicam Religionem accesserunt) in monte onera portantium septuaginta millia. Latomorum & saxa templo parantium octaginta millia: Præsectorum tria millia & sexcenti: Summa omnium trecenta viginti & unum millia. His omnibus septennio, & ut *Salianus* computat, quatuor adhuc menses alimenta rege præbita, & singulis operariis finitimo templo decem Sicli (singuli valent sedecim festerceis) donati. Alij minuunt hunc numerum operariorum infra trecenta quidem millia, omnes tamen supra ducenta millia extendunt, Scripturæ autoritate ad hunc

saltem numerum, quanquam etiam obstupendum coacti. In scripturæ enim explanatione variant interpretes, alij supra trecenta, alij infra trecenta millia computum, utrimque probabiliter, ordinantes.

SUMPTUS IN STRUCTURAM FACTI.

David filio suo pro impensis domus Domini reliquit auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum, quæ tantundem auri efficiunt lib. I. *Paralip.* c. 29. Hæc summa juxta computationem *Cornelij* facit bis mille quadringentos milliones aureorum Gallicorum. Ratione monetæ Italicæ ter mille ducentos octoginta duos milliones, insuper centum & triginta quatuor millia, & viginti quatuor scutatorum aureorum. *Pineda* ad tria millia millionum auri ex Hispanicis ducatis propè accessisse autumat, *Salianus* bis mille septingentos quadraginta quinque milliones, unum & quinquaginta millia sexcentos & sexaginta sex aureos nummos Gallicos confecisse existimat, asseritque hanc aurum non latum iri decem millibus Curruum nongentis & octoginta, quamvis singuli currus ducenta & quinquaginta millia aureorum ferrent. Tantas opes collegit David partim ex vectigalibus, partim ex navigatione Ophiritica, non à se, sed à Tyriis tunc usitata, partim ex hostium spolijs

○

lijs & tributo, partim ex Iannuo censu
raëlis, quo quisque pendebat quot annis
templo dimidium siclum juxta legem Exo
di 30. quam capitacionem mittebant Judi
per totum orbem dispersi: ut aded Dav
dis & Salomonis reditus annui superant
tributa & opes Romanorum, Chaldæorum
Persarum, omniumque Regum & Monar
charum. Accessit liberalitas populi, qui
computante *Saliano*, puri putiauri septuag
ginta duos millones, nongenta & viginti
sex millia sexcentos sexaginta sex aureo
nummos Francicos in collecta obtulit. *Ph
neda* calculum movens, tantum inquit
obtulit populus ferri, æris, argenti, æ
ut id Hispanicæ monetæ efficiat mille du
centos & octo millones, centum & octo
ginta sex millia ducatorum Hispanicorum
insuper sacer codex; Paralip. c. 29. appo
nit: *apud quemcunque inventi sunt lapides
pretiosi, dederunt in Thesauros domus Domini*

§ 6. Templi Dedicatio.

EXstructo templo & coronide im
positâ, importatisque in templum
vasis omnibus ad sacrificium præpar
ratis, partim à *Davide*, & partim à *Sa
lomone* populo solennitas indicitur
dedicationis, anno mundi 3030. *Sal
monis* 2. ante Christum 1023, in me
se

tem septimum, inchoaturque die octa-
vo ejusdem mensis, quo arca maxima
pompa transfertur ex *Sion* cum multi-
tudine hominum collecta ab Emath
usque ad rivum *Ægypti*, & colloca-
tur in Oraculo, & Dominus in nebula
sui presentiam testatus cum lucida ca-
ligrine locum implet sacro horrore,
tum per regis, tum sacerdotum ac
Levitarum oculos, animosque dif-
fuso. Immolantur deinde victimæ,
& secundò apparet in nube Dominus
& sacrificia divinitus accenduntur &
consumuntur, quo prodigio excitatus
Salomon & sacerdotes multo studiosi-
us in victimas offerendas incumbunt,
ita ut septiduo dedicationis numerus
victimarum ascenderet ad boum vi-
ginti duo millia, arietum 120. millia:
tunc quidem populo pietate, & grati-
tudine sua Deum in beneficia provo-
cante; Deo autem beneficiis in popu-
lum majoribus triumphante; & per-
severasset Deus si quoque populus con-
stanter egisset, neque peccatis suis

tum sibi, tum templo manufacto
 cidium accelerasset anno post ded
 tionem 424 sub Sedecia Rege, de
 in parte secunda.

§. 7. *Ædificia Regia Salomonis*

ANno 3030. templo Dei jam
 fecto *Salomon* animum & sum
 applicat ad regiam ædificandam,
 & uxori suæ, filix Pharaonis, etc.
 palatium proprium in habitacione
 ac domum, sive saltum Libani in
 creationem; erantque hæc tria ædi
 cia tanquam partes unius magnificæ
 atque peramplæ regix in monte
 constructæ. Neque dubium est reg
 hæc ædificia fuisse supra modum
 tiosa, cum de supellectile *Salomonis*
 dicat Scriptura: *omnia vasa, quibus*
tabat id est convivabatur *Rex Salomon*
erant aurea, & universa supellectilia
Libani de auro purissimo. Ad hæc
 pellectilem pertinent ducentæ hab
 aureæ, in quibus singuli sexcenti
 fici impensi erant, id est, bis mille
 quingenti aurei Gallici. * erant &

centæ peltæ sive scuta laminis aureis
obtectâ, pondo trecentarum minarum
sive scielorum, singula, mille ducen-
torum & quinquaginta aureorum. *

Huc quoque pertinet solium *Salomonis*
de quo Scriptura 3. Reg. 10. *factum*
non est tale opus in universis regnis.

Año 3043. *Salomon* regi *Hiramo* pro
opera præstita in ædificando templo
viginti oppida concedit, non dono
quidem, sed ad aliquot annorum u-
sum fructum, ut rectè *Abulensis* judi-
cat. *Hiram* autem ita accepit à *Salomone*
civitates viginti, ut ei vice versa
dederit alias eodem scilicet jure, quo
ipse acceperat à *Salomone*, fuitque hoc
mutuum certamen amicorum pro li-
beralitatæ & benevolentia palma
contententium.

Inter ædificia *Salomonis* celebran-
tur muri & turres quibus Hierosoly-
mam de novo circumdedit, civitates
etiam ab *Hiramo* concessæ mænibus,
& publicis ædificiis ornatæ & robo-
ratæ. Item civitates vel ædificatæ

vel instauratae *Assor.* * *Magadon*
Gazer. * *Bethoron gemina.* *
laab. * *Palmyra.* * Laudatur que
 ob vias publicas omnes robustissimas
 scilicet stratas in bonum communem
 publicum.

§. 8. Navigatio & reditus Salomonis

Argentum in diebus Salomonis pro
 hilo habebatur, siquidem navis
 ibant in *Tharsis*, cum seruis *Hiram*
 in annis tribus, & deferbant inde aurum
 & argentum, similiter opes immensas
 propè afferebat navigatio *Ophir*
 quæ brevior fuit, & singulis annis
 etia. Ex qua constat semel advehere
 ad Salomonem aurum quadringentorum
 & quinquaginta, ut est 2. *Paralip.*
talentorum. Est autem *Ophir* iuxta
 probabiliorem sententiam *Sumatra*
 sive *Taprobana insula* sub æquinoctiali
 sita, & infra sinum *Gangeticum*, in
 dicto freto à *Malaca* versus orientem
 disita. *Tharsis* autem, uti *Pineda* delin-
 quit, est *Tartessus* & *Hispania Bætica*
 Annuos reditus Salomonis Scriptura

tradit fuisse sexcentorum sexaginta sex ta-
lentorum, id est octo millionum, 325 mil-
lionum nummorum aureorum, exceptis iis,
quæ inferebant viri, qui super vectigalia
erant, & negotiatores, universique scruta
vendes, & omnes reges Arabiæ du-
cesque terræ, quorum omnium summa in-
gens, & penè incredibilis fuit; quia au-
tem hi reditus inconstantes & incerti fue-
runt, idè in specie Scriptura non memi-
nit, quantam summam confecerint.* Scrip-
tores computant, quod ex oleo tantum &
vino & frumento annuis reditibus sex auri
milliones collegerit.

Circa hos annos cum ab ædificandi
laboribus quiesceret, uxores & con-
cubinas duxit, exemplo patris sui Da-
vidis, qui idem (Deo non improbante)
fecerat.

Anno mundi 3042. *Salomonis* au-
tem 23. apparet Dominus *Salomoni*
secundò, idque in somno, & interio-
re locutione respondet ad postulata à
rege, ante tredecim annos in templi
dedicatione facta, promittitque Deus
se ad afflicti populi preces exorabi-
lem fore, secundò Sanctificasse se
templum sibi ædificatum in æternum

eà tamen conditione, si à populo Rege servaretur lex sua, qua conditione violatà serio interminatur Deo omnia pessum ruitura, & populum templum à Deo relictum iri.

Anno 3044. Salomon proficiscitur ad sinum Arabicum *Asiengal*, expeditis scilicet omnibus ædificijs urbanis. Causa suscepti itineris creditur fuisse lustratio classis *Salomonis & Hiram*, atque soceri sui *Pharaonis* visitatio, quam suadebat loci illius vicinitas & affinitas duorum regum.

S. 9. Adventus Regina Saba Hierosolymam.

Anno 3047. Salomonis an. 28 venit Regina *Saba* ad *Salomonem* magnis cum muneribus, plurimis aromatis, sapientiam *Salomonis* experiri volens. 3. Reg: 10.

Quæ fuerit regina ista, quam *Christus* vocat *Reginam Austri*, variant interpretes *Pineda* cum 24. præclarissimis auctoribus ait, fuisse reginam in Arabia felice, quæ regionis odoratissima auro & argento, & aromatum varietate celeberrima balsamum inditum

Thus, Casia, Cinnamomum maximâ copia in orbis regiones effertur. Metropolim hujus gentis appellant Sabam, in qua Rex habitat, qui nunquam exire audet, nam si palàm prodiret, à turba hominum lapidibus obrueretur. Ex quo non contemnenda conjectura duci potest, quare Hierosolymam Regina *Saba*, & non Rex advenerit, ut audiret sapientiam *Salomonis*.

Dicitur hæc Regina venisse Hierosolymam *in nomine Domini*: de quo ita *Baronius*: quæ obsecro tanta cupido, tum hujus Reginae, tum Magorum, qui ex eisdem progenitoribus descendebant, incessit animum de rege, qui in Israël regnaret, per vestigando? nisi quod in illis regionibus *Balaami* oraculo erant admoniti: sed quod illa credidit esse impletum in *Salomone*, qui Christi venturi typum gerebat, isti duce stella inquisiverunt Regem Israël & invenerunt. Credibile ergo est existimasse Reginam, *Salomonem* illum esse Messiam prædictum, non quidem Deum simul & hominem, sed regem potentem & sapientem supra omnes, quam opinionem Hebræorum quoque plurimi habuerunt.

Conversionem hujus Reginae ad agnitionem veri Dei & cultum valdè probabilem faciunt illa verba: *sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super Thronum suum*. Ita *Theodoretus*, *Nissenus* &

Q 5

Beda

Beda, qui non dubitant *Reginam* *Ausonia* lectam esse, & inter Sanctos refurto-
ram *iustificaram* scilicet, ut Apollolus
quitur, *sine lege & salvatam*.

Ingressa est Ierusalem multo cum comitibus
& *divitijs*, & *camelis* portantibus *aroma*
& *aurum infinitum nimis*, & *gemmas pre-*
siosas. Nec dubitat *Salianus*, quin Arabi
quoque animantia adduxerit duplicis natu-
ræ, *Struthio-camelos*, *Camelo-pardos*,
Tragelaphos, *Bubalos* & *Elephantos* a-
liaque animantia dromadum formâ. Quis
verò liberalissimus *Salomon* pro tantis do-
nis rependerit, nihil in specie indicat Scrip-
tura. Varij non absque ratione scribunt,
cum Regina muliebrem affectum singula-
rem patefecerit erga vasa in saltu Libani,
quæ viderat, & admirata fuerat, à *Salomone*
omnibus illis apophoretis donatam fuisse.

Inter ænigmata, quibus Regina *Salomoni*
Salomonem tentavit, à *Cedreno* refertur me-
morabile illud experimentum: inter cetera
ra inquit, sic eum tentavit. *Formosos pu-*
eros & formosas puellas eodem vestitu & orna-
mentis instructos coram eo constituit, petijt quæ ut in-
ter sexum internosceret: Rex omnes laeva-
faciem iussit, atquæ ita discrimen deprehendit,
cum mares fortiter ac validè facies tergerent,
femella autem teneriter & timidè. Unde
stupefacta regina exclamavit: Verus est Salo-
mo, quem in terra mea audivi.

Scribunt varij reginam Sabæ ex *Salomone* concepisse filium, qui primum *Melich* sive *Mecher*, deinde *David* nuncupatus sit, & Imperio *Æthyopico* *Pretre Ioannis* sive *Abyssinorum*, quod ad hæc usque tempora durat, initium dederit. Verum, *Saliano* videtur injustum Reginam boni apud antiquos omnes nominis, sanctam, electam, & admirabilem, & sine lege justificatam, & ab ipso Christo commendatam adulterij ream facere nondum prolato aliquo teste exceptione majore, nec satis pietati *Salomonis* adhuc integræ consentaneum videtur Reginam, quam ad Dei veri cultum traduxerat, adulterio polluere.

Mansit Hierosolymis ad annum circiter, ut *Pineda*, aut saltem ad septem octovè menses, ut *Salianus* computat, visisque omnibus visu dignis, etiam holocaustorum solennitatibus, reversa est ad suos cum amplissimo *Israëli*tarum comitatu. Memorant enim rerum *Æthyopicarum* scriptores, & ex illis *Genebrardus*, duxisse secum 12. milia *Judæorum*, millenos è singulis tribubus, quibus, inquit, ibi magno numero propagatis jam Arabes præsertim nobiles se ex semine *Israëlis* esse gloriantur, & circumciduntur, non quidem ob salutis necessitatem, sed ob sanguinis prærogativam.

S. 10.

§. 10. Salomon Mulierofus.

ANno 3048. Salomonis anno.
depravatum est cor Salomonis
per mulieres, ut sequeretur Deos alios
nos.

Non hoc ita intelligendum, quod
hoc anno derepentè factus sit malus
sed paulatim curis distractus à pietatis
studiis remisit, sensumq; ad voluptates
deflexit; circa hæc autem tempora
otij Salomonis, potentix, nimixq;
luxûs, ostentationis inanis & plures
averterunt mulieres cor ejus aperit
publicâ antithesi Salomonis à se ipsa
generantis, ut nihil Salomoni ipso Salomone
dissimilius fieret.

Principium præcipitij fuerunt infami
amores fœminarum, novas enim
nuptias ex omni puellarum Orientis
numero suscitabat; in his erant non
tantum Israëlites, sed quod Lex
fieri vetabat, Ægyptiæ, Moabitides,
Idumææ, Sidoniæ & Hethææ, quas
insano amandi furore ita deperibat, ut
mille fœminarum thalamis, regiam
suam

suam repleverit. Atque ut haberet, quod in has Veneres effunderet, cepit simul avaritiæ cæstro aurum & argentum unde quaque corradere; quid enim non exigebant tot delicatissimarum mulierum mensæ, convivia, ludi, donaria, mundus muliebris? Quod si enim Reginis, id est, primarijs uxoribus & regiâ profapiâ oriundis septingentis; (tot enim numerat Scriptura,) pro comitatu singulis addamus pedisequas, & ancillas ornatrices sex, trecentis autem concubinis (tot quoque Scriptura numerat, & concubinas appellat, id est secundarias uxores, quæ Dominæ non erant, seu matres familias, sed propagandæ tantum sobolis causâ quæsitæ) non nisi tres famulas concedamus, erunt universim feminarum quinque millia, & quadringentæ: hem! quantus hic sequoris sexus in una regia exercitus, & quantas exhauriens impensas! & quid insuper non exhauriebant quinquaginta septem millium & sexcentorum equorum

rum copia, quos in præsepis fuerat otiosè ad magnificentiam suam abstraxerat? Indè factum est, ut per fas & nefas aurum cogeret & laborante populo latim ærario subditos acerba contributionum vexatione flagellaret.

§. II. *Salomon Idolelatra & Magia deditus.*

EX hac amoris infania prolapsus est in idolomaniam, ad quam depravationem una præcessit amantissimarum mulierum, & idolo suo sanctorum impetravit, erat hæc, ut *Sanctius* scribit in cap. 1. lib. 3. *Reg;* quam anno regni sui tertio duxerat, Pharaonis Ægyptii regis filia; hæc quidem initio larvam religionis Judaicæ assumpsit, advertens autem ad regis thalamum sine discrimine peregrinas feminas advocari, ipsa quoque patriam superstitionem non modò palam nunc professæ est, sed uxorum quoque virorum in eandem induxit, eique nefandas aras & templum persuasit. Mox secutæ reliquæ extruendis delubris

vici

vicinos Solymæ montes, præsertim Oliveti impleverunt. Præcipua autem erant *Asthartes* Sidoniorum, *Chami* Moabitarum, *Molochi* Ammonitarum fana; in his supplex *Salomon*, ut placeret uxoribus suis, Thus quoque adolevit, cecidit victimas, vota precesque nuncupavit. Quam blandus mulieribus, tam asper exinde populo factus ac verò Deo inimicus.

Ab idolomania præcepit in magiam, cœpitque studiosius indagare veneficia, incantationes, & conjugum suarum fascinationes; illæ autem philtis mixtis & propinatis sibi regis amores, aliæ aliis præripere.

Memorable illud, quod ex mille uxoribus *Salomon* non nisi duas filias, & unum filium genuisse legatur, quod *Pineda* & *Cornelio* aliisq; pro conjectura est, quod plurimos filiorum suorum idolo *Moloch* immolaverit & concremaverit, sed si tantum facinus ausus fuisset, id Scriptura non dissimulasset. Videtur ergo potius tanta libidinis insania haud digna fuisse, ut ex aded portentoso matrimonio fructum referret. Unde ille unus, quem unicum filium sustulit,

lit, *Roboamus*, à Sacro codice stultus appellatur.

§. 12. *Salomon infatuatus.*

Circa annum 3053. infatuatur *Salomon* & per regnum universon infamatur.

Infatuatio *Salomonis* secundum *Ambrosium*, *Augustinum*, *Cyprianum*, ita contingit. Cum *Salomon* aded projectè à Deo recederet, Deus quoq; quod suum erat, repetiit, & donum sapientiæ liberalissimè concessum revocavit. *Offendit*, inquit *Ambrosius*, *in tantum, ut etiam quod meruit, amitteret.* Unde stultescere cœpit, & quasi semisomnis bardus ac stolidus stupescere miserabili veri ignoratione, mentisque inscientiâ, imò nec sui, nec Dei memor, libidinibus, & Dæmonibus per magiam mancipium evasit. Ex quibus omnibus secuta est infamia, & vilipensio apud populum, aded ut si regis eligendi facultas fuisset apud populum, regem suum exauctorâisset.

§. 13. *Salomon à Deo monitus & punitus.*

Anno 3056. non defuit sic precipitato Regi adjutrix Dei manus. Semel iterumq; familiari Numinis afflatu monitus & pœnis immi-

nen-

mentis castigationis propositis, & quia hortatus ac minas cœlestes vilipenderet, demùm *Abias* Propheta jussu Numinis cum severa ingratiæ mentis exprobratione denunciatur impendentem tot sceleribus vindictam, decem tribuum Israël futuram à solio suo defectionem, evertendum penitus regnum suum, nisi obstarent promissa Numinis *Davidi* facta. His auditis, ait *Josephus*, Salomon *vehementer perturbatus indoluit* omni felicitate, qua hætenus suspiciebatur in contrarium vergente. Indoluit, non ad vitæ emendationem sed animi, consilij expertem tristitiam, corporisq; occisionem.

Circa idem tempus Deus, ut asperioribus remediis sanaret vel castigaret infatuatum, incepit eum hostibus objicere. Primus fuit *Adadus* Rex Idumææ *Davidis* tributarius; hic contempto *Salomone* deliciis enervato, mancipio potiùs, quam Rege, jugum excussit, regnumque suum liberti juris fecit.

Anno

Anno 3057. arma corripuit *Rab*
 Syrus, qui regnum *Damasci* precu-
 um à *Davide* obtinuerat; quod
 proprium sibi vendicaret, Israëlitis
 incursionibus vexavit, omniaque
 pinis & cædibus miscuit. Sulcitavit
 quoque Dominus intestinum hostem
 contra *Salomonem* Jeroboamum filium
 Nabathi & *Serua* Ephraimitam; hic
 cum annos jam aliquot in præfectura
 fabrorum operam suam & fidelitatem
 Salomoni probâisset, ab eo ad quæstura-
 ræ munus evectus, duarum tribuum
 Ephraimiticæ & Manasseæ tribus
 colligendis præpositus est: hunc Do-
 minus destinavit ad Regnum Israël,
 à tribus aliis duabus avellendum, mi-
 sitque ei obviam in agro *Abiam* va-
 tem *Silante* oriundum, qui apprehen-
 dens novum *Jeroboami* pallium in
 duodecim frustra discidit, & denas in-
 de partes *Jeroboamo* porrigens regni
 Salomonici ruptionem vaticinatus est,
 cujus decem partes adhæsuræ *Jerobo-
 amo* , & geminæ duntaxat tribus filio
 Salo-

Salomonis successuro Regi parituræ sint. Jussu deinde *Jeroboamum* abstinere tandem regis titulo, quamdiu vita *Salomoni* superesset, & documentis salutaribus instructum lætitiæque ex nuncio insperato superfusum dimisit; quo audito *Salomon* tam vatem, quam vatis auditorem persecutus est, & utrumque compulit, arreptâ fugâ in Ægyptum, sibi consulere, & apud *Sesacum* Regem tantisper in tuto latere, donec fata *Salomoni* vitam, & *Roboamo* Successori vires potissimas ademerunt.

§. 14. *Salomonis Pœnitentia.*

Annus 3058. qui fuit trigessimus nonus annus regni *Salomonis*, ejusdem Pœnitentiæ probabiliter adscribitur.

Tertullianus, Cyprianus, Augustinus, Chrysostomus, Beda, Lyranus, Abulensis, Bellarminus, Pererius de Salute *Salomonis* conclamatum esse putant, imò. quòd idololatriâ Hierosolymam infecerit, neque expurgavisse legatur. 2.
quod

quòd legantur in Scriptura, ea, quæ
describenda sunt, ab eo descripta in libro
qui dicitur Ecclesiastes, non autem
quæ ipse deflexerit. 3. quòd commu-
nationes Dei contempserit. 4. quòd
pro bonè actis receperit bona in vita
sua tot faustitatibus vitæ cumulatus,
unde in altera vita æternùm luenda
sunt scelera. 5. quòd ardens fœmina-
rum amor consuetudine roboratus ita
eum occupârit, ut tametsi vellet, pœ-
nitere non potuerit.

S. Hieronymus autem S. Gregorius
Thaumaturgus, S. Thomas Aquinas,
Rupertus, Pineda, Salianus, Barradius,
Sanchez & alij saluum esse arbitran-
tur. 1. quia Deus 2. Reg: 7. Promisit
Davidi, se Salomonem, si peccaret,
corrupturum. *Misericordiam meam
non auferam ab eo, sicuti abstuli à Sa-
ul, quem amovi à facie mea.* 2. quia prover-
bio: 24. v. 23. Septuaginta addunt: *No-
vissimè ego quoquè egi pœnitentiam.* 3.
Quia typus Christi & insignis figura
extitit. 4. Videtur commotus quassato
rei.

reipublicæ statu & suæ gloriæ in ignominiam, sapientiæ in ignorantiam, opulentæ in penuriam manifestâ transformatione, ut coram convocatis omnibus regni ordinibus offensiones suas, ac noxas & præbita scandala damnaret, idololatriæ renunciaret, & signa assumptæ pœnitentiæ publicè exhiberet, cujus concionis epilodus fuisse videntur ea, quæ ipse memorat *Ecclesi. 12.*

Hebræi tradunt Salomonem solenni pœnitentiæ ritu quinquies tractum per plateas Hierosolymæ, & cum virgis aut manipulo virgarum venisse in templum, ibique à legis peritis, ut verberaretur postulâsse, sed illis metuentibus mittere manum in Christum Domini, à se ipso acriter flagellatum fuisse: hæc *Pineda*. De eadem traditione invenitur apud *Bedam*: nec aded improbabilis hæc traditio *Saliano* videtur, ut careat fundamento veritatis.

Veri simile quoque esse *Pineda* ait & cum eo plures, filiam quoque Pharaonis tunc adhuc superstitem pœnitentiæ *Salomonis* consortem fuisse; & suadet hoc singularis in eam *Salomonis* amor, & reciprocus in *Salomonem*. Vi-

Vides, ait adhæc D. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 2. *Vides quod pulchrum est confiteri? cernis, quod pœnitentibus datur salus, & Salomon secidit, sed quid? postea inquit: pœnitentiam egit.*

S. 15. *Morbi & Mors Salomonis,*

ANno Mundi 3059. Regni Salomonis 40. fundati templi 37. ante Christum 994. ætatis suæ sexagesimo morbis variis consumptus Salomon moritur Hierosolymis, & in conditorio regum ad patrem Davidem conditur.

Morborem in Salomone tres causas fuerunt. 1. Prima mæror animi & tristitia: *spiritus enim tristis exsiccât ossa.* prov. 17. vidit enim ultore Deo, in quam voraginem scelerum proruerit, 2. libidinis intemperantia, quæ vitæ annos vegeto fano, & medicamentorum apprimè perito regi præscidit, 3. vindicta Divina, quæ laneis incedit pedibus, sed tarditatem supplicij gravitate compensat. Atque *sic mortuus est,* inquit Josephus, *Salomon omnium*

Re-

Regum felicissimus, opulentissimus, & prudentissimus, excepto peccato, ad quod iam senescens à mulieribus pertractus est.



Ubi Salomon finem vitæ imponit, meta quoque ponitur primæ parti hujus breviarij Chronologici. Ea, quæ synchronismo cum gestis & annis trium istorum regum correspondent, in IV. mundi ætate memorabuntur: unde Partis Secundæ (xenioli pro sequente anno) initium sumetur.

Interim devotus Parthenius Sodalis corde suo recondat, & observet testamentum, quod filio suo Salomonis piissimus David reliquit, & si patris sui novissimas has voces cordi habuisset Salomon, non esset, quod de salute ejus ambigeretur. Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & servo ei corde perfecto, & animo voluntario: omnia enim corda scrutatur Dominus, & universas mentium cogitationes intelligit, sicut quæsieris eum invenies. Si autem dereliqueris eum, projiciet te in aeternum, Par. c. 28.

FINIS PARTIS PRIMÆ.


ERRATA SIC CORRIGE

Pag. 3. infulsam	lin. 12.	infulsam
pag. 3. uon	lin. 17.	non
pag. 4. Tynodo	lin. 4.	Synodo
pag. 10. aliquod	lin. 7.	aliquot
pag. 16. simulq;	lin. 13.	simulq;
pag. 20. filius	lin. 11.	filius
pag. 21. diversas	lin. 19.	diversas
pag. 31. prædare	lin. 3.	prælarè
pag. 42. genns	lin. 24.	genus
pag. 42. Secerdos	lin. 28.	Sacerdos
pag. 46. cœlestris	lin. 2.	cœlestis
pag. 47. suberba	lin. 10.	superba
pag. 52. Nius	lin. 3.	Ninus
p. 65. auspicabuntur	lin. 19.	auspicabantur
pag. 70. 20.	lin. 19.	29
pag. 72. fuo	lin. 21.	fuo
pag. 78. fuum	lin. 18.	suum
pag. 101. in cognita.	lin. 23.	incognita
pag. 102. snnt	lin. 6.	sunt
p. 113. perditissimus	lin. 19.	perditissimi
pag. 120. principium	lin. 18.	principum
p. 149. Syro & sidone	lin. 5.	Tyro & Sidon
pag. 150. ἀπὸ	lin. 2.	ἀπὸ
pag. 158. jufferat	lin. 28.	jusserat
p. 161. fugitivorum	lin. 8.	fugitivorum
pag. 162. Jesubzi	lin. 21.	Jebusai
p. 203. Unus post alium	lin. 26.	Unum post alium
p. 219. unguendum	lin. 17.	unguentum
pag. 205. 7040.		2940
p. 270. muneribus	lin. 24.	muneribus.
p. 273. interfectum	lin. 9.	pro interfectum
pag. 310. Ultraque	lin. 18.	Ultraque
p. 312. quadraginta	lin. 1.	quadringenta


Cetera Errata benignitas Lectoris excusabit.













Breviar Chronolog
Veteris Testamenti

Th
5007